


VENETO



Juam. Caspari Gebely. M.D.

FASCICVLVS

PARACELSICAE
MEDICINAE VETERIS
ET NON NOVAE, PER FLOSCV-
LOS CHIMICOS ET MEDICOS,
tanquam in compendiosum promptua-
rium collectus.

IN QVO DE VITA, MORTE, ET
RESVSCITATIONE RERVM, DE TVENDA ET
*conseruanda sanitate, nec non expellendo morbo per instaurationem virium natura-
lium, de preparationibus medicamentorum, in vsum applicationibus ad quos-
cunq; morbos, cum internos, tum externos. Item, de generatione
Homunculi pygmei, ex Dampra nutri-
menti sanguinis.*

CVM ELVCIDATIONIBVS HVIVS, ALIORVMQVE
obscuriorum quorumcunq; locorum atque dictionum
inibi passim occurrentium.

ET INDICE LOCVPLETISSIMO.

GERARDO DORNEO INTERPRETE.

Cum Gratia & Priuilegio Caesareæ Maiestatis.

IMPRESSVM FRANCOFORTI AD MOENVVM,
ANNO M. D. LXXXI.

ADMONITIO AD ZOILVM.

NON priusquam intelligas temerè iudicato, ne praeceps in
 casses quos alteri paras adhuc, turpius incideris, & calu-
 mnia conuitiaq; tua, quibus vteris, in tuum redundant caput.
 Facile vitium est alios carpere, notas autem reprobationis eui-
 tare difficilimum opus. Ceterum crede Deum esse vindicem in-
 iuriarum, ex invidia vel ambitione, siue malè, siue bene meritis
 illatarum, item occulta obstinataq; malicia reuelatorem. Fidere
 viribus & ingenio, quid aliud est quam vnà cum Golia gigante
 cadere sub imbelli puero? Non iuuant hoc loco sophismata, nihil
 per sinistram interpretationem palliatae propositiones, minus
 scriptorum corruptiones. Veritas ipsa per se debellabit inimicos,
 omnemq; vindicabit iniuriam, non sine maxima gigantū igno-
 minia. Quid adhuc habes quod nobis obijcias, praeter incultum
 sermonem? Inde patet Paracelsum & suos, non Ciceronis, non
 Aristotelis, non Galeni, nec aliorum istius farinae hominum esse
 discipulos, sed veritatis, quae nullo pallio, nullaq; larua indiget,
 quinimò nuda belligeros armatosq; Sophistas omnes prosternit.

ILLVSTRISSIMO ET
GENEROSISSIMO PRINCIPI AC
DOMINO, DOMINO RICHARDO DEI

*gratia, Comiti Palatino Rheni, Duci Bavariae superioris &
inferioris, Comiti in Spanheim, &c.*



VM id imprimis pessimè habere plurimos animaduertentem, & conqueri nullum in scriptis Paracelsi haecenus ordinem seruatum esse, alioquin eius doctrinae satis addictos, Illustrissime Princeps. E re ipsorum atque totius R.P. studiosorum utilitatis, & praesertim agrorum esse putavi, si quomodo ea quae sparsim distracta dissutaque membratim erant, & non integra, neque seriatim compage qua fuerant olim ab autore conscripta, resarcirentur. Neminem, ut opinor, latere puto ipsum ante mortem admodum paucos edidisse libros, infinitos autem reliquisse, partim propria manu, partim & pro maiori parte amanuensium ex eius ore descriptos, non editos, varijs locis & muris conclusos. Fortasse quod euenturum praevideret, ut eius aduersarij (quos Athenienses, istorum puta discipulos, vocat) efficerent quocumque modo, ne à suis ubique locorum Typographiarum positis censoribus admitterentur, aut aliàs interciperentur, ac ad hunc aliumve modum deperirent. Ex aduerso speraret, si tantisper latitassent, futurum ut ab aliquibus probis inuenti viris, vna dierum post eius mortem, cessante per obliuionem inimicorum liuore, fato quopiam ederentur absque molestia. Haud secus accidit ex parte quam existimarat, in aliquorum enim Principum manus & potestatem inciderunt, at maximo omnium malo intercessit, ut post illorum obitum in idiotarum tyrannidem delapsi miserrimè dilaniati sint. Quorum non-

EPISTOLA DEDICATORIA.

nulli suppressio nomine proprii auctoris, sibi labores alienos adscripserunt, interfertis etiam (quod pessimum est) infinitis aliorum scriptentum, & praesertim aduersariorum auctoris, ne agnoscerentur, nugis, at frustra. Nam diu latere non potuit idiotica nimium haec ambitio, quin facilimè detegeretur à discipulis Paracelsi magis ac magis indies. Plerique alij surrepticiè clamque descriptos à famulis, dominis tamen inscijs, parua pecunia corraferunt, qui postmodum ab indoctissimis hominibus rursus descriptos plus vigesies magno pretio, toties tamque diuersis personis vendiderunt exemplaria priusquam ederentur, etiam ab aduersarijs, non antea quam suo modo proque arbitrio corrupissent ac deprauassent, quò famam boni viri post mortem denigrarent: omissa in plurimis negatiua particula, vel adiecta in alijs, vt haberent ansam arguendi falso de contradictionibus. His necdum contenti, singula sunt perperam interpretati contorquentes in sinistram partem iniquissimè. Verum enimuero huiusmodi Sophistarum technae plusquam manifestae sunt, quibus tamen haudquaquam excusabuntur, nec effugient iudicium publicum, quin ad lydium lapidem quandoque turpiter impingant. Sed in praesentia vindicias iniuriarum non suscepi, nec nisi summam arcanorum Paracelsicorum hoc libello, ex dispersis colligere, ac tanquam in formam compendij redigere, quò quisque mox ad manum, quicquid ex eiusmodi thesauris optabit, habeat vbiuis locorum existat, vtque ex hoc vnico admodum exiguo tantum emolumentum reportare queat, quantum ex ingenti voluminum copia, de quibus ista deprompta sunt. Partitus est in quatuor partes, quarum prima narrat vires atque virtutes rerum naturalium in genere, vitam, mortem, & resuscitationem: secunda medicamentorum preparationes simplices & compositas: tertia morborum internorum & externorum curas: quarta verò vocum obscuriorum in arte passim vsui venientium, ac ab auctore impostarum elucidationes habet, Nihil adhuc omnino desideratur, praeterquam

EPISTOLA DEDICATORIA.

terquam verus physicus, industrius chimista, operator impiger, & non ambitiosus philosophus, qui si forte fortuna quandoque conueniant in vnū, rara mundo nascetur auis & medica phœnix. Verūm hac tempestate nihil agitur (proh dolor) de cognoscenda in occulto Physica, de manifesto solum Schola differit, non de cœlestibus viribus in elementis & elementatis delitescentibus, è carceribus quibus detinentur eruendis, ac ad liberas operationes prouehendis, non de viuorum Anatomia, neque de charitate in fratrem. Atqui mox atq; titulus bullatus adeptus est, abiecto sanguineo pileo, de holosericeo sollicitatur anxie, de talari veste, de gēmatis annulis, & id genus alijs. Tandem exercetur Physica pharmacaria vix per superficialem cognitionem, solæ virtutes reuolutorum receptorum operantur, Anatomia cadauerum immani crudelitate sequit aduersus mortuos, & loculorū maximè repletio curatur, æger verò si modò possit conualeat, saltem ditescat medicus. Quid mirum? hæc de causa multos annos in Academijs consumpsit, in quibus didicit Medicinam auaris opes affatim polliceri ac dare. Quid igitur medico commune est cum miseris carbonarijs & ciniflonibus nil nisi sulphur vaporesque noxios redolentibus, hinc procul à nobis (inquiunt) Vulcani teterrimi sodales. Apollinis satellites decet serena facies, blandaque manus palpatrix pulsuum, ac vestis ambram, Zibetam, atque muscum spirans, animus præterea ad stipem magis quàm ad sanitatem propensus. Horum enim vel admiratione sola conualescit æger, spem sibi salutis faciens ac melioris vitæ, dum similes angelos ad se venire de suo cœlo delapsos intuetur. Contrà verò si veniat mortis ille nuncius ater carbonum hospes, ægris terrorem incutiens, si non mori vacet, eius tamen conspectu solo, fit opus. Hæc & similia mundus à colorum apparentijs iudicat. Verūm si consideret æger quid sibi præfagit externus ornatus medici, quid internus alio neglecto, statim ob oculos versabitur sepulchrum hoc dealbatum & ornatū forinsecus, & intus scatens

EPISTOLA DEDICATORIA.

ossibus mortuorum atque vermibus, de quo Matth. 23. ab vna parte, & ex aduersa Samaritani paratus asellus, de quo Luca 10. Porrò tum primùm & non priùs Medicina florebit, quum ex professorũ eius centesimo numero Samaritanus vnus exurget. Eò potissimũ tendit, Illustrissime Princeps, Paracelsicæ Medicinæ Fasciculus, vt ex congerie Paracelsicæ Chemiæ tanquam ex sua coniuge hunc vnicum aliquando producat in lucem. Vterque libellus Illustrissimæ tuæ Celsitati dicandus ergo venit maximè, quòd arcanorum naturæ perfectissimam habeat noticiam, bonarumque sit artium promotor excellentissimus atque Mecœnas. In gratiam igitur malè habentium, clientuli hac in parte pios conatus ab iniurijs protegere dignetur atque tueri, quam etiam D. O. M. optimè valere faxit in omnibus, precor. Datum Francoforti ad Moenum, Anno à Christo nato 1581. Calendis Septembris.

Illustrissimæ Cel. T.

Seruulus humilimus

Gerardus Dorn.

PRAE-

PRAEFATIO BREVIS AD LECTOREM.



STATIM ab exordio visum est admonere Lectorem, ne quos tanquam in fasciculum colligo Paracelsi flosculos, varijs scriptorum suorum libris dispersos, existimet à me veluti per somnium excogitados. Legat igitur quae de naturarum scripsit autor hic, ob ingenij fecunditatem celebratissimus, ab ijs praesertim quibus intelligitur, rudibus verò duntaxat inuisus: istorum quis veritatem non persequitur? Legat (inquam) & reperiet quàm insigniter suos doceat enigmatè vario, quos habere discipulos voluit, & experiri quemadmodum suae tractationis medullam ut è cortice nucleum assequerentur, ne quidem indignos admitteret in album suae scholae. Quanquam futurum certò praesciuit, ut eius aduersarij ex nudo literae sensu captarent ansam calumniae. Nihilominus quàm hac de causa remoratus, quinimò potius alacri non minus animo, quàm felici admodum successurem aggressus est, haudquaquam in dubium reuocans, quin veritas per seipsam efficacissima, vnà dierum in lucem esset emersura. Quamobrem de sanitatis cōseruatione tractaturus, primùm omnium à generatione pygmei spagirici, qui malè sanum pygmeum hominum, regeneratione quadam artificiali simul & naturali, transmutaret in gigantem robustissimam vitæ, cepit initium, tanquam à præcipuo vitæ cōseruationis arcano. Deinceps per minora particularia discurrens, in transmutatione abdidit omne quod prius palam fecerat, arca tamen clauis suis, & non alijs, tradita per mysterium. Inter alia docere nos intendit vitam rerum externarum, ad nostræ vitæ propagationem maximè conducere, ac ea imprimis opus esse. Quandoquidem externa virtus rerum internam hominis labantem vitam subleuat (libera tamen à suis compedibus) longè feliciori successu, quàm per nutritionem ex ordine præscriptoq; naturæ consueto. Similia nanque similibus maximopere corroborantur, ad resistendum aduersarijs dissimilibus & contrarijs inimicis. Quis (quæso) reuocabit in dubium, saltè phisicus, ob inaequalitatem ordinarij nutrimenti cum primo humana vitæ subiecto spiritum pariter vitæ consopiri, ac debilitari magis ac magis indies, vsq; dum paulatim ac tandem prorsum deficiat, indeq; morbo dari locum, rimamq; fieri per quã in monarchiã aequalitatis irrepat? Verum enimuero, quia necessario corporis humani membra & elementa quæuis impura, sibi similibus impuris nutriri oportet, non secus atq; puris puriora vitæ facultatum subiecta, sagax natura cibum vtriusq; non separatim ordinavit, alioqui solæ vitæ facultates vnà cum suis vehiculis, & non corporalia crassiora membra secunda vitæ subiecta nutrirentur. Proinde fieri non potest hac via naturalis

PRAEFATIO AD LECTOREM.

nutritionis, quin pura facultates vitae vitentur, contracta suorum domiciliorum induritate nutrimenti. Quò sit ut si vita conservari debeat in stato esse, quod vocant, imprimis necessarium ut aequalitate servata nutrimenti vel fomenti, cum nutriendo, calor natiuus in organo hoc suo vehiculo, nimirum humidoradicali, & primo vitae subiecto, retineatur. Id ipsum autem aliter quam per nutrimenta fieri nequit, ab extrinseca natura mutuata, ne defectu liquidivitam conglutinantis, flamma, vel impediatur, vel prorsum extinguatur in subiecto secundo, corde videlicet, in quo centrum atq; fons vitae corporis delitescit. Calore ad hunc modum cedente locus datur inimico frigidiorigidoq; mortis subiecto. Ut res verò sit dulcior, statum esse vitae cognoscamus oportet. Perfectam igitur cuiusq; rei naturam esse maturitatem, nemo non confitebitur. Nam à primo vitae curriculo, spiritus vitalis motum intendens ad finem suum vel terminum, per medium necessario transire cogitur, quò priusquam perueniat, adhuc immaturo consistit, qui quidem status imperfectus est ab infantia & pueritia iuuentutis usq; ad viri statum esse completum. Non est verò spagirorum opinio, vitam ad imperfectam reuocare naturam, sed ad virilem, viriditatis pariter atq; virtutis plenam, ut inter duas adolescentiae floridas ac frugales aetates, aliquantò quam per naturam consuetum est diutius iubeat, nec ad sinistram, neq; ad dextram inclinans. Conservare naturam & vitam ergo, nihil aliud est, quam hanc à suo naturali cursu medium in statum virtutis, si non actu, sistere, & hoc ipsum etiam est morbum retardare. Non secus enim atq; videmus à natura stationibus, verò absoluto suo circulo pueritia, gradum sistere in aetate adolescentulae morus initio, quae tandem cursum in autumnum motum primum desigit, statum esse videlicet perfectionis annuae virens, ac flores & fructuenter medium. Est etiam totus vitae humanae cursus unius anni spatium, vitae autem sanae momentum, extra quod utrinq; reliquum est imperfectio crescens, vel imminuens. Quicumq; igitur in hoc momenti centro permanere aliquandiu poterit aut noverit, aliquatenus degustabit, primis saltem labijs, arboris vitae fructus aliquos, quales autem Adamo primo nostro parenti gustare concessum est in vita, quò reuocaret in memoriam quantas in arbore vitae delicias amisisset. Proinde Paracelsus initio de generatione, & instauratione vitae, sub involucre docet sanguinem artificiatum in ovo gignere spagirico vitro (hunc nutrimenti sanguinem alibi vocat, non spermatis) ex quo posterior basiliscum potius quam homunculum enasci asserit: ne forte quispiam temerarius interpretes ad nefandum humani seminis abusum homines trahat. Tantum abest ut eò velit quempiam allicere, quin potius hoc exemplo deterrere basilisci conatur, ut abstineant omnes à tam enormi facinore. His igitur fruere tantisper optimè Lector, donec meliora dabit Altissimus donator luminum. Vale feliciter & statum viue centri medium quod audisti, atq; deinceps aeternum fidelibus ac pijs omnibus paratum. Iterum vale.

FASCICVLI TRACTA-
TVS PRIMVS, EX PA-
RACELSO.

CAPVT PRIMVM.

DE VITA RERVM IN GENERE.



ITA rerum omnium, spiritualis est aër ipsis in-
situs, qui præter externum aërem in corporibus
persistere, nequit. Est enim spiritualis essentia,
inuisibilis, & insensibilis, hoc est, sub sensum nõ
cadit. Nec solummodo quæ mouentur, sed etiã
immota, vel immobilia per seipsa, & insensata
suo quæq; spiritu dotata sunt ab vnico suo crea-
tore. Virtus itaq; rerum, quæ propriè vita dicitur, in spiritu solo con-
sistit, & non in corpore quod mortis est subiectum, nisi per ipsum.
Spiritus item est balsamus & vita rerum corporalium omnium, vt
subiectum etiam est vitæ. Nam in corruptione corporis, ab eo sepa-
ratur spiritus, eoq; sese recipit vnde est, ad aërem, videlicet chaos
vtriusque superioris & inferioris firmamenti.

CAPVT II.

DE VITA RERVM IN SPECIE.

VITA compositorum elementorũ vt aquæ, est eius fluxio, quasi
destituatur, est aqua mortua.

Vita quidem ignis, est aër, qui per seipsum viuít, alijsq; rebus ele-
mentatis vitam tribuit.

Terra verò per seipsam est mortua, sed eius elementum, inuisibi-

A

lis est,

PARACELSI PRAEPARATIONES.

lis est, & occulta sua vita: quæ singula bene considerata sunt.

Vita herbarum, plantarum, atque radicum, est liquor terræ.

Vita lignorum, ipsis est insita resina.

Vita resinarum, terebinthinæ, gummi omnium, & carabum, est muscilaginosa splendensque materia pinguedinis.

Vita dulcedinosorum, ut sunt saccharum, mel, manna, cassia, &c. est subtilis admodum atque tingens dulcedo, quæ & balsamita virtus dicitur.

Vita vnionum, est splendor, quem amittunt in calcinatione.

Vita corallorum & gemmarum omnium, est solummodo color ipsorum, qui elicitur per spiritum vini.

Vita salium omnium, est spiritus aquæ fortis.

Vita sulphuris, est combustibilis & foetens in eo pinguedo.

Vita lapidum & silicum, est muscilaginosa materia.

Vita marcasitarum, cachimiarum, talcorum, granatorum, cobletorum, & antimonij, est metallicus spiritus tingens.

Vita argenti viui, est calor eius occultus & internus, atque manifestum & externum frigus, ut in pellicea veste videmus huius exemplum.

Vita metallorum, est insita pinguedo terrea, quam receperunt à suo patre sulphure, quamque patefaciunt à sua liquatione per ignem, sine qua fieri nequit.

Vita magnetis, est spiritus ferri, qui etiam extrahi potest per vini spiritum.

Vita arsenicalium, auripigmentorum, realgarium, est mercuriale coagulatum venenum.

Vita excrementorum, est eorum foetor ingens.

Vita aromatum, musci, ambrae, zibetae, &c. est eorum suavis & ingens odor, atque fragrantia.

Vita carnis & sanguinis, est spiritus salis conseruans à putredine.

Vita ossium, est liquor mumiae, de medullis.

Vita postrema hominis videlicet, est astrale balsamum, impressio balsamica, coelestis & inuisibilis ignis, inclusus aër, & spiritus salis tinctus.

Huic

Huic vnicae subseruiunt omnes praecedentes. Quapropter ad eius corroborationem quoties opus fuerit, videndum vt vita sumatur ad vitam, vti supra narratum, alioqui loco subsidij, dispendium vitaeque periculum incurrere possit, vbi vice rerum vitae, mortem administrari contingat. Sunt igitur medico singulatim annotanda ex rebus omnis generis vtilia.

Secundo autem tractatu praeparationes vel extractiones habentur amplissime.

CAPVT III.

DE MORTE RERVM NATVRALIVM,

& primo metallorum in genere.

MORS rerum naturalium dupliciter accidere solet, vel per destinatam inimicitiam, vel per acceleratam correptionem. De posteriore hoc loco solum tractabitur, quod in usum veniat potissimum ad eliciendam vitam rerum in humanae vitae conseruationem. De metallorum igitur morte primo praecipueque dicendum.

Mors itaque metallorum est, solidi corporis eorum atque sulphureae pinguedinis ablatio. Quae quidem varijs modis tolluntur, vt calcinatione, reuerberatione, resolutione, cimentatione, & sublimatione.

Metallorum etiam calcinatio diuersa, vna per sal, alia per sulphur, vna per aquas fortes, alia per mercurium vulgi, & per mercurium viuuum alia.

CALCIMATIO METALLORVM PER SAL.

Bractea tenues cum sale stratificantur & cimentantur.

PER SVLPHV R.

Lamellae cum sulphure stratificatae reuerberantur.

PER AQVAM FORTEM.

In granula vel bracteolas facta soluantur, & exiccantur.

PARACELSI PRAEPARATIONES.

PER MERCVRIVM VVLGI.

POnitur mercurius vulgi in vas figulinum stricti orificij, & inter prunas accensas vrgetur modeste donec fumus exeat albus, super quem tenetur lamina, voluitur ac saepius in eo fumo reuoluitur.

PER MERCVRIVM VIVVM.

Impastatur metallum cum mercurio viuo ad ignem aurifabrorum more, massa postmodum igne reducitur in puluerem euanescente mercurio.

CAPVT IIII.

DE MORTE METALLORVM IN SPECIE, vt Martis, vel Ferri.

CROCVS FERRI AD MEDICINAM.

Huius lamellæ tenues saepius extinguantur in aceto forti ex vino, donec acetum colore tingatur valde rubeo. Postmodum excocto prorsum aceto colorato, manet in fundo vasis crocus.

ALIVS PRIORE LONGE PRAESTANTIOR.

Laminae statificentur cum sulphuris & tartari partibus aequalibus, reuerberentur in puluerem à lamellis abradendum saepius donec absumptæ sint.

ALIVS AD ALCHIMIAM.

Brachteæ ferri perlitæ, vel aqua forti, vel oleo vitrioli, aut aqua salis, aluminis, aut si voles aqua salis armoniaci, vel mercurio sublimate, crocum exhibent, ad alchimiam duntaxat vtilem.

CAPVT V.

DE MORTE CVPRI

CVPRI VITRIOLVM.

Huicententur laminae aqua salis communis, aut aqua salis petrae, ac in aëre suspendantur tam diu donec æruginem concipiant.

Abluan-

PARACELSI PRAEPARATIONES.

Abluantur postmodum aqua fontana, siccentur & humectentur iterum, suspendantur vt antea saepius donec aquae viridis satis habeatur, quae vitrioli plurimum supernatantis exhibeat, colligatur, & excocta aqua cupri vitriolum habebitur ad medicinam efficacissimum.

ALIVD AD ALCHIMIAM.

BRactæ perlinantur aqua forti, aqua regis, vel aqua salis armoniaci. suspendantur, & quum æruginem præbuerint, leporino pede abradatur à lamellis, quæ exiccatae rursus illinantur, idque tantisper donec omnino consumptæ sint.

AQVA SALIS NITRI AD HVNC EFFECTVM.

Ponatur in vesicam, & in aqua calida non bulliente resoluatur.

AQVA SALIS ARMONIACI.

Sublimetur, & super marmor humido loco resoluatur.

VIRIDIS AERIS FORMVLA AD MEDICINAM.

Perungantur laminae mellis & aceti partibus æqualibus ac salis tanta quantitate quantum sat esse videbitur ad vnguentum rarum. Tandem reuerberentur in furno figulorum vnà cum ollis, tantoque tempore vt ollæ. Suspendantur nigrae vt sunt ad aërem, in quo virides efficientur.

ALIA EIVSDEM FORMVLA AD ALCHIMIAM.

Stratificentur cum salis, sulphuris, atque tartari partibus æqualibus in tigillo satis magno, igne vehementi quatuor horis, ne laminae tamen liquecant. Postmodum ad aërem suspendantur cum adhærente materia diebus aliquot, vt viridem colorem concipiant.

CROCVS AERIS AD ALCHIMIAM.

BRachteæ perungantur sale & aceto forti mixtis in vnguentum. Tum demum igne vehementi reuerberentur in tigillo per quartam horæ partem, ne tamen liquecant. Postmodum ita candentes

PARACELSI PRAEPARATIONES.

extinguantur in aceto in quo salis armoniaci vncia semis ad libram dissoluta sit. Perungantur iterum, candescant & extinguantur, crustis in aceto semper abrasis. Postremò destilletur inde acetum, & materia coaguletur in duritiem.

CAPVT VI.

DE MORTE MERCVRII.

Sublimatur aut eleuatur à sale communi & vitriolo, & hæc dicitur mortificatio per sublimationem.

PER CALCINATIONEM.

Soluitur aqua forti. Postmodum exiccatur, & ad materiam pulueratam affunditur aqua gradationis fortissima, quinquies ac toties abstrahitur, & recens affunditur, donec placeat color rubeus. Tandem abluatur in dulcedinem quantum fieri potest, ac deinceps profundatur aqua ardente rectificata, & per destillationē septies aut nouies abstrahatur, ac toties donec igne liquata materia non auolet in fumum, sed fixa maneat. Tum demum habetur mercurius diaphoreticus. Notandum si post calcinationem siue colorationem, antea dictam, profundatur aqua salis tartari, & abstrahatur plurimis destillationibus, recenti semper affusa toties donec aqua dulcis ab ea materia recedat, hoc artificio habetur mercurij dulce præcipitatum instar sacchari ad vulnera, vlcera, & morbos venereos, cæteraq; præstantissimum remedium: imò quod magis, augmentum est solis, de quo summè gaudendum, laudandusque Deus in omnibus.

PER SVBLIMATIONEM IN CINABARIM.

Mortificatur cum sulphure flauo liquato, in pulueremq; nigra tunditur, ac sublimatur in aludele modo consueto.

CAPVT VII.

DE MORTE PLVMBI, CERVS-
sa ad medicinam.

EIUS laminae suspendantur supra vaporem aceti fortis, in olla vitreata clausa, ne respiret, ponatur inter cineres calidos, vel post furnum hypocausti calidum hyemis tempore, & singulis quindenis ~~octo~~ diebus abradatur à lamellis color albus. Suspendantur iterum atque saepius donec prorsum consumptae sint.

CERVSSA AD ALCHIMIAM.

Fit eodem artificio, sed in aceto soluitur multum salis armoniaci. Hæc est omnium subtilissima, qua plumbum & stannum repurgantur, & cuprum dealbatur.

MINIVM, EIVSDEM EST MORTIFICATVM.

Calcinatur plumbum in olla figulina iacente liquatum, & adiecto sale calcinatur agitando rudicula ferrea. Vbi ad mediam operationem ventum est, habetur flauum plumbi quod vocant.

CAPVT VIII.

DE MORTE ARGENTI.

HVIVS lamellae perungantur argento viuo, & in vapore suspendantur aceti fortissimi, in quo truta piscis coctus fuerit, atque sal armoniacum solutum vnà cum tartaro calcinato. De cætero per omnia, vt ex cerussa dictum progrediendum ad coeruleum colorem.

CAPVT IX.

DE MORTE AVRI, SVLPHV-
re, & eius vitriolo.

EIUS laminae plures pondere trium marcarum, aut minori, suspendantur in vapore vrinae puerorum, mixtae cum vinaceis vindemiarum, aut fecibus vini, & in cucurbita vitrea simul clausa, sepe liantur, vel in vinaceis, vel in balneum maris ponantur, ac absolutis diebus quindecim, vel vno & viginti, color subtilis abradatur, idque saepius. Cum huius bona quantitas collecta fuerit, coquatur in aqua pluuiali destillata, spatula semper agitetur inter coquendum. Hac industria sulphur auri sursum ascendet ad superficiem, innatans aquae pinguedinis instar, colligatur cocleari argenteo tantisper dum emergit. Postremo quidem euaporatione residui liquoris, vitriolum ex auro residebit in fundo vasis, quod facile tandem, & per seipsum super lapidem marmoreum loco humido resoluitur. In duobus istis arcanis auri, latet omnium efficacissima vis atque virtus diaphoretica. De his lege copiosius, libro Paracelsi, de morbis mineralium fossiles infestantibus.

CAPVT X.

DE MORTE MARCASITARVM, CA-
*chimiarum, talcorum, antimonij, sulphuris, & arseni-
calium vel auripigmentorum.*

Marcasitae, ac similes cachimiales minerae puluerate sublimentur cum sale, aut vitriolo, vt earum vita sursum ascendat, quae spiritus est metallicus sale congelatus. Quod reliquum in fundo manet calcinatum, & in suum alcali postmodum redactum, nil nisi terram evanidam atque mortuam relinquit.

Sulphur

Sulphur flauum perfundatur aqua forti vehementissima, & per destillationem abstrahatur, affundatur alia recens & abstrahatur, idq; tertio. Tandem exiccatum ac pulueratum abluatur saepius aqua dulci per destillationem, ac toties donec aqua ascendat omnino dulcis absque foetore sulphuris. Tandem reuerberetur in suos flores reuerberatorio clauso, vt fit cum antimonio. Primò sublimatur album, secundò flauum siue croceum, tertio autem rubicundissimum, vti cinabaris. Reuerberatum hoc sulphur tingit omnem lunā in solem optimum, atque humanum corpus in summam sanitatem. Arsenicalia tamen & auripigmenta, liquefiunt cum sale nitro, & super marmoreū lapidem humido loco resoluuntur in oleum, siue liquorem.

Hæc omnia morti traduntur ad resuscitationem, nō ita de homine, sic enim inter ea quæ sunt ipsi subiecta, quibusque dominatur, illi quoque seruiunt ac cedunt in vsum necessarium, haudquaquam est comprehendendus. Alia siquidem est eius habenda ratio. Ad eum non potest mortificari modum, neque resuscitari, quo medicamenta, quæ solūm ad vitam eius augendum & instaurandum parantur. In summa, vt cuncta viuunt ei per quem, & propter quem creata sunt, ac moriuntur, homo soli Deo viuunt, moritur & resuscitatur, in cuius glorificationem creatus est, reliqua homini viuunt, & moriuntur, & resuscitantur in cuius vsum à Deo condita sunt, atque donata. Proinde factū vt mortis hoc loco hominis nulla fiat mentio. Medici nanq; munus & officium est, eam à monarchia hominis totis viribus, toto conatu, & mente tota, totoq; studio procul abigere, vitam etiam vti colonus bonus agrum foecundum, excolere. Hoc libello nil nisi vita quæritur, nec alia de causā mors tantisper in eo recensetur, præterquam in admonitionem cordati hominis vt vigilet, ne fur & latro mors nocturnis irrumpentibus vmbriis malis, perfodiat atque supplantet domum eius, & si qua facit impetum crudelis hic inimicus, resistat strenueque repellat, arma, & quæ sibi ad hoc bellum necessaria sunt, exhibentur. De instauracione, & innouacione tamen vitæ hominis cum potissimum agatur, & hæc non probè fieri queat nisi

PARACELSI PRAEPARATIONES.

* si quid
carpere
possint.

praecedat mortificatio vitae prioris, inueniendum erit medium quo praeter laesionem suae vitae moriatur homo, vt melius viuat, in modum qui sequitur. Bacillus ergo vitae hominis moriatur loco hominis, vt resuscitari queat in baculum robustissimum, qui columna sit vitae firmissima, super quam aedificata, mortis impetus non vsque adeo vti prius reformidet. Non dubito quin aures arrigant aduersarij Paracelsi, quid inauditum sperantes quomodo videant. Hac de causa, vt ipsis quodammodo gratificemur, habeant quod optant, sed mastigent potius quam deglutiant, alioqui fieri posset, vt in gurgulione haerens buccella spiritum adimat saporis, vnde gustum non percipiant eius, quod in sua coquina paratum non fuit, neque suo sale conditum, sed alcalisato balsamo. Nihil moramur quid ganniat quiuis deblatero. Bonis benefacere haudquaquam impediunt & si conentur inuidi. In doctorum gratiam non idiotarum in lucem haec adferimus.

CAPVT XI.

DE MORTE BACVLI VITAE,

sive homunculi Paracelsi.

sumitur
quod ea

Nemo non mente captus negabit vitae baculum esse nutrimentum eius, & praecipuum in hunc effectum esse triticum atque vinum, a Deo & natura praeter caeteris ad vitae sustentationem alimentum ordinatum, vt aliorum principem. Proinde Paracelsus nutrimentum hoc praetulit, ex quo sanguinem alimenti generaret, ac inde sperma formandi sui homunculi. Allusione haud inepta nutrimentum pro vita sustentetur, & potissimum quia in vitam transmutatur. Vitam rursus pro homine, siquidem nisi viuat, non homo sed cadauer est hominis tantum, & vilissima pars, quae pro homine haud congrue sumi potest, vti bene & eleganter nobilissima pro toto. Quatenus igitur nutrimentum siue alimentum vitae, vita est hominis, homo pariter dici potest, vel homunculus id quod ex hominis sanguine & vita generatur, vtpote pygmeus umbratilis, homunculus postea natus gigasque renatus,

renatus, &c. Hæc pauca doctis sufficiant, qui plura volet, intelligere nihil videbitur eorum quæ ad occultum sensum trahi consueverunt in allegorico vel ænigmatico sermone. Rem tandem foeliciter, & alacriter aggressi prosequamur.

DE GENERATIONE SAN-

guinis spagirici.

TRITICI optimique vini partes æquales vitro clauso ^hfermeticè, putrescant equino fimo (nimirum balneo maris dicto per similitudinem caloris) diebus tribus naturalibus, vel vsque dum habeatur materia germinata, quæ mortario trita exprimatur per pannum lincum in succum album instar lactis, fecibus abiectis. Eiusmodi liquor ponatur vitro vt priùs clauso ad digerendum, vel macerandum equino vt antea fimo marino diebus quadraginta, vel potiùs quinquaginta. Si probè temperetur balneum continuo & mediocri calore, materia conuertetur in sanguinem & carnem spagiricam instar embryonis. Hæc est prima & proxima materia, ex qua generatur sperma duplex patris & matris generantium homunculum, sine quibus generatio nulla fieri potest, quæ ad humanam generationem, siue animale accedat.

DE VTRIVSQUE SPERMATIS A SVO

sanguine protectione, ad homunculi generationem spagiricam.

AB huius embryonis sanguine & carne separetur aqua per balneum, item aer per cineres, & seruetur vtrumque elementum per se. Postmodum ad feces posterioris destillationis affusa aqua destillationis prioris, simul in balneo putrescant diebus decem. Secundò iam destilletur aqua, vehiculum ignis, vnà cum igne simul, & balneo separetur aqua dum ascendere volet quidpiam, & seruetur per se, deinceps

PARACELSI PRAEPARATIONES.

in cineribus posito vase destilletur etiam ignis seorsim. Haecenus elementa quatuor ex suo caos embryonio separata sunt, & non separata sunt, quod infra declarabitur, non prius tamen quam respondeam obiectioni quae hoc loco fieri posset ab aduersarijs Paracelsi. Multa fortassis (inquier) olim de suis tribus concionari passim in omnibus scriptis suis, quae modo retractare palam est, etenim caos (quod embryonem vocat) in quatuor elementa partitur: en quam sibi met cōstare videtur nouus hic philosophus, qui iam tria rerum statuit prima principia, modò quatuor. Habetis ne? strictè admodum tenete, ne vobis euadat, partam occasionem hanc argumenti loco solidi scilicet, cōgratulamur. Historiola breui solummodo per prouerbiū, quod olim arguto Poëtae philosopho pictor inquit, Verte folium, & videbis, haecenus enim vidisti nihil, sed caecorū dux vnà cum tuis in foueam incidisti quam parabas mihi, responsum volumus, interea respirabimus à priore labore homunculi.

Quidam philosophus agrè ferens pictores vocari Poëtas, arti pictoriae suisque professoribus per insidias ignominiae notam astute somnians, vt & apud vulgus (quod nil praeterquam ex oculo iudicare solet) pariter atque penes literatos existimaretur, non minus quam pictores videret vtrisque esse admirationi magis quam Poëtas, celebrem pictorem adiit, à quo sibi tabellam depingi pretio, quodcunq; pictor etiam exigeret, oblato, putans se nihil erogaturum ob rei difficultatem. Cupio (inquit) mihi depingi sagittarium tormentarium, vulgo sclopetarium, post arborem ita latitantem, vt nullatenus appareat, verum certò constet ipsum ibidem esse, tum auiculam ab arbore globulo deiecisse, ac sonitum eruptionis cum foetore tormentarij pulueris, hominibus tabellam inspicientibus auribus atque naribus percipi, deinceps ornari caetera varijs Poëtarum inuentionibus (fabulis dicere noluit) optimè tibi notis, auro, argento, ac preciosissimis alijs pigmentis. Ad haec pictor qui non minus vafer istius astutiae, captiosamque mentem intellexit. Etsi res (ait) admodum ardua sit, ac difficilis, omnia nihilominus tibi praestare possum praeter strepitum & fo-

& foetorem, quos etiam nisi vetitum esset nobis falcem in alienam messem immittere, statuto per nos etiam prolato, & confirmato, ne sutor ultra crepidam. Vobis enim Poëtis auriū demulforibus, & vnguentarijs, atque pharmacopolis narium cultoribus summa fieret iniuria, si pictores oculorum pastores, in aures & nares aliquid sibi iuris vendicarent. Esto (inquit Philosophus) video te perspicias ingenij virum, qui nedum ea quæ desidero, sed etiam longè maiora præstare queas, modo velis. Honestum atque modestum hac in re tuum animum laudo. Sonitus & foetor itaque mancant, reliqua verò de te tibi polliceris & mihi, pacto nimirum inito de pretio, tum etiam nisi ad pilum singula iuxta conventiones oculo exactè repræsentaueris, me tibi pro labore nihil debere, si verò contractui satisfacias, vicissim obligatus ero mox data tabella salarium persolvere, sub hypotheca bonorum meorum omnium mobilium, & immobilium in amplissima forma, iuxta leges tabellariorum, &c. Confirmato vtrinque igitur pacto rem aggressus est oculorū pastor, & absoluto prorsum opere Poëta philosophus cupiens exitum rei cognoscere, secum assumptis comitibus eiusdem farinae, ut in ædes pictoris intrauit, nemine salutato, mox de tabella percontatus est. Porro pictor allatam obtulit, quam cum vidisset philosophus, toruo vultu pictorem intuitus, iram præ se tulit, gaudium interea celans in imo pectore, præ quo vix abstinuit quin exiliret, ac in cachinnū, quem furtim faciebat, erumperet, verum simulata fronte hunc in aliud tempus referuabat, quò fusiùs absente pictore cum suis de re tam insigniter gesta gloriatur. Stare pactis de pretio renunciare, non satisfactum à pictore dicere, sagittarium nullum sibi vllatenus constare post arborem, quam videre fatebatur, ac artificiosè depictam, poëticā inuentionem vllam extare negabat, & alia plæraque subterfugia quæritare. Patienter omnia ferens pictor, tabellam iuxta pacta perfectissimam asserēbat, ut nihil eorum desideraretur quæ philosophus desiderasset, nisi credas inquit, iudicem constituo pro parte mea forum, in cuius potestate depositurus sum opus, donec lis inter nos decidatur. Esto (inquit

PARACELSI PRAEPARATIONES.

Poëta) stabo iudicio tecum quoties voles, existimans causam inuincibilem pro sua parte. Congregato igitur foro, ac partibus compare-re iussis, actor de salario primùm egit apud iudices, reus de non serua-tis conuectionibus certiores eos reddit. Replicuit actor omnia serua-ta, & Poëta plusquam satisfactum, quod nisi crederet, ait, vertat foliũ, & sagittarium videbit quem tantopere desiderat. Poëta mox arreptã è manibus pictoris tabellam à tergo coepit intueri. Asseres (inquit) video, non sagittarium. Ad ea pictor, aperi oculos, auribus hac in re non est opus, indiges video conspici lijs. Quibus appositis naso dili-gentiùs tabellam aspexit, id quod prius, ait philosophus. Proinde tru-tinato negotio bilanx ad philosophi partem inclinare videbatur, vt in animo iudices pro reo pronũciare statuissent, legibus hunc absol- ui postulantibus actore non probante, nisi pictori verbulum addere concessum fuisset. Videte quæso viri iudices, pictor inquit, ac suble-uata membranula, in qua solus truncus arboris depictus erat, appa-ruit miro quidem artificio repræsentatus, vt nihil in eo desideraretur quàm diceret, en adsum Poëta, quid me vis? Hoc ænigmate pictorio tanquam truncus obstupuit, de suo negotio actum esse videns & ad anchoram subter fugium nisi paratum sperasset, non magis quàm sa-gittarius pictorius verbulum vltra sonare potuerat. Reassumpto pau-lulum igitur animo, Poëticarum inuentionum in tabella vllum, vel tantillum non adesse vestigium conquerebatur miser philosophus. Quin etiã (pictor inquit) plus plurimo. Demonstrationem exigenti Poëta montem gibbosum, ac in flatum ad latus tabellæ pictũ osten-dit inter alias alpes medium, atque rursus, verte folium, ait, & vide-bis nedum aliquot monumenta Poëticarum fabulationũ, sed etiam Poëtas omnes, quotquot hætenus ex hoc sæculo migrarunt, sub ista pregnante rupe latitantes, in quam velut in matrem suam reuersi, quandoque renascentur, multo que sapientiores in lucem prodibunt quàm antea mundo visi fuerunt. Si rara iudicibus prior historia, hæc longè monstrosior apparuit. Vrgente Philosopho probationem, au-dire meruit quod prius, verte folium, & subleuata alia membranula, nil

v sagitta
^ vltus.

nil nisi musculum ex antro proficientem videre se protulit. Ad quæ pictor, & hic quantuluscunque est, omnem vestrum in fingendis nugis cum aëre transeuntibus, laborem, & vanam operam conclusit ex ore vestro proprio, canitis enim, Parturient montes, nascetur ridiculus mus. Ad hanc vocem canora musa Poësis obmutuit, muta pictoris industria, sic ars deluditur arte. Haud secus euenturum speramus inuidis calumniatoribus in Paracelsum, vt nempe gladio quem in ipsum & suos acuunt, breui pereant. Sed à iocosis tandem ad serianos reuocat animus, vt reassumpto iam demum spiritu, homunculi fabricam ex instituto prosequentes, folium pariter vertere cogantur aduersarij, videantque non quatuor esse primæ naturæ principia, sed tria dumtaxat. Terram itaque feculentam reuerberari iubet ars spagirica clauso vase, spatio dierum quatuor naturalium, interea tamen aqua primæ destillationis destilletur balneo, vt quarta pars abijciatur, reliquum eius destilletur calore cinerum, & affundatur suæ terræ reuerberatæ, ac in arena destilletur igne vehementi, refundatur, abstrahatur, ac refundatur cohobando quater, sic habebitur aqua admodum clara quæ seruetur. Postmodum affundatur aër huic terræ, ac destilletur igne vehementi in aquam claram, splendidam, & odoriferam, seruetur seorsim. Tum demum affundatur ignis aquæ suæ primæ, & putrefiant in balneo simul per tres dies, & inde per arenam aqua destilletur. quæ adustionem ignis secum adfert, destilletur iterum per balneum quicquid ascendere poterit, ignis in fundo manens seorsim ponatur. Aqua hæc postrema rursus affundatur suæ terræ, ac simul balneo macerentur diebus tribus, ac deinceps per calorem arenæ tota destilletur aqua, & balneo separetur quod ascendere volet, residuum in fundo manens cum priori residuo seruetur. Aqua iterum terræ affundatur, abstrahatur, ac separetur vt prius, donec in fundo nihil reliqui maneat à separatione per balneum. Quo peracto aqua postremò iam separata confundatur cum igne suo residuo, ac balneo maceretur diebus tribus vel quatuor, postea destilletur in balneo omne quod isto calore poterit ascendere, quod in fundo resederit in cineribus

PARACELSI PRAEPARATIONES.

destilletur ab igne, quicquid eleuabitur ex firmamento est inferiori aëreum quid balsamitum influxus firmamenti superioris, & quod in fundo manet igneum quid impressum eidem ab eodem, id est inferiori à superiore. Hi postremi duo liquores adscribuntur duobus primis principijs, prior mercurio, posterior verò sulphuri, Paracelfo nō elementa, sed eorum vitales partes velut spiritus & anima naturales quæ ipsis inerant à natura. Rectificandum est vtrumque & in suum centrum circulari motu reflectendum, vt mercurius hic vnà cū aqua sua superiore loco seruata clara & odorifera, præparetur, sulphur autem per se. Modò restat vt tertium principium intueamur. Reuerberata terra trita super marmoreum lapidem, imbibatur aqua sua quæ supra redundat à postrema separatione liquorum balneo facta, vt hæc sit quarta pars ponderis suæ terræ, & calore cinerum congeletur in suam terram, idque toties fiat proportione seruata, donec terra totam aquam suam ebiberit. Postremò tandem hæc terra sublimetur in album puluerem instar niuis candentem, fecibus abiectis, quæ sunt inimici nequam lolium in agrum naturæ fatum, ex tenebris exterioribus ortum peccati semen, terraque damnata, binarius disunctionis copulam vnionis, & concordia, in rebus omnibus naturalibus, non secus atq; in supernaturalibus, impediens. Sublimata verò terra iam à tenebris libera, verum est caos elementorum, ista namque occulta continet, cum sal naturæ sit in quo delitescunt, tamquam in suo centro reflexa. Tertium hoc, est Paracelfi principium & sal, matrix in qua priora duo spermata viri & mulieris parentū homunculi, mercurij videlicet, atque sulphuris, indenda sunt, ac simul in vtero vitreo sigillo Hermetis obsignato concludenda, ad veram homunculi generationem ex embryone spagirio petitā. Foliū hæctenus versum habes aduersarie, quò cōuertaris & ipse à persecutione veritatis naturalis. Quod reliquum est infra dicetur, vbi de generatione latius agetur & regeneratione naturalium spagirico promotis artificio. Postquā igitur de vita & morte rerū naturalium audiuimus, æquum est vt ex ordine de resuscitatione spagirica ad vitam non nihil in mediū adferatur.

CAPVT

CAPVT XII.

DE RESVSCITATIONE RE-
rum naturalium.

Non solum alimenta, sed etiam alia quæ in hunc usum haudquaquam veniunt, ad vitam sanam conducunt, modò ipsamet in vitam sanam post mortificationem resuscitata fuerint. Inter quæ mineralia & metalla principem locum obtinent. Proinde primò de his ac præcipuè dicitur. Mors itaque duplex nobis considerata venit, vt antea tetigimus, prædestinata, & violenta: hæc resuscitari spagirico modo potest, altera verò non. Quapropter de posteriore tantum agitur hoc loco: Metallorum ærugo mors est eorum prædestinata, quò fit, quia postremum scopum vitæque terminum attigerunt in illa vt resuscitari nullo valeant artificio. Calx verò metallorum terminus non est mortis eorum postremus, quapropter ad vitam resuscitatur, Cinis tamen ex metallis, non magis quàm ærugo resuscitari potest, quia sale suo priuatus est. Vt ergo metalla fiant volatilia & non amplius in metalli solidam formam reducibilia, sal est ipsis auferendum. Quò cum peruenerint, aperiri valent per spiritum vini, vt ambo simul fiant volatilia, de cætero nunquam separabilia. Haud aliter quàm duplex metallorum mors, duplex pariter istorum est resuscitatio: vna, quæ calces ipsorum reducuntur in metallum: altera verò, quæ reducuntur in primam sui materiam, in qua postmodum renascuntur vt infra.

CAPVT XIII.

DE MATERIA PRIMA METALLORVM.

Quoduis metallum in calcem adducatur mercurio vulgi, & adiungatur æquali portioni mercurij viui in sublimatorio vase. Maneant aliquandiu simul donec in pastam abeant. Postmodum sublimatur inde mercurius, ac iterum teratur vnà cum dicta calce metal-

C
lica.

PARACELSI PRAEPARATIONES.

lica, sublimetur, atque rursus terantur simul, idque toties donec ista calx postremo leuiter admota lumini candelæ, fluat ilico tamquam cera. Quo percepto, ponatur in digestionem suo tempore, sic tota in mercurium viuum transmutabitur, id est in primam materiam, quæ dicitur mercurius metallorum & philosophorum, à multis quæsitus, à paucissimis verò hæctenus inuentus.

CAPVT XIII.

DE RESUSCITATIONE MERCVRIO-

rum, lignorum, vegetabilium, &c.

DE RESUSCITATIONE MERCVRII COAGVLATI.

PER destillationem ex vase retorto, cineres in fundo relinquit metallorum, aut sulphurum per quæ coagulatum fuerat.

DE RESUSCITATIONE MERCVRII SVBLIMATI.

DEcoctione fit in aqua bulliente post eius attritionem in puluerem minutissimum, soluuntur sal vitrioli & commune, quò fit vt in pristinum statum redeat. Si rursus vt prius sublimetur & resuscitetur nouies aut pluries, melius vnquam purgari non poterit à sua nigredine, & immundicie.

DE RESUSCITATIONE MERCVRII CAL-
cinati, vel precipitati.

ALiter fieri nequit quàm per sublimationem, tandem vt sublimatus mercurius resuscitatur.

DE RESUSCITATIONE CINABARIS, AZVRII
ex mercurio, & precipitati.

QUodlibet horum sumatur minutissimè tritum super lapidem, & impastetur cum albumine ouorum, & sapone, ex qua pasta fiant pilulæ non maiores auellanis. Destillentur in olla subtus forata, & cooperta per descensum, in aliam ollam submissam aqua frigida plenam, vt moris est.

DE RESUSCITATIONE LIGNORVM,

& si-^{at}rum vegetabilium.

CIneres horum impastentur cum suo liquore mercuriali, & cum sua pinguedine sulphurea partibus æqualibus, igne lento liquefiant in muscilaginosa materia. Hæc tria principia ligni sepeliuntur in terrâ pinguem, et videbitur quemadmodû in arborem priori similem, imò longè præstantiorem excrescent. Exemplum sane quo probatur euidentissimè, tria prima principia semen esse rerum omnium primum.

DE RESUSCITATIONE OMNIUM IN GENERE.

Restituatur unicuique rei quod in mortificatione fuit ablatum, & cum eo rursus incorporetur, vt latiùs habetur libro de trãsmutationibus. Vt metallorum etiam resuscitatio, nil aliud est quàm in sua mortificatione, pinguedinis ablatae sulphureæ restitutio. Sic de cæteris omnibus iudicandû ex suis mortificationibus. Verùm quia hominis mortificatio nõ fit, neq; fieri debet eo modo quide cæteris declaratur, eius etiã resuscitatio non fit per internã suã substantiã ablatam ab eo, sed per externã ab alijs rebus mutuata, vt puta suis alimentis præsertim, & quandoque ab alijs in naturam alimentariam adductis. Maximam nihilominus sympathiam habet hominis instauratio, resuscitatio, vel innouatio, cû aliarû rerum resuscitationibus. Quandoquidem sanguis homunculi, vel potiùs alimenti hominis ex quo constat homunculus, idem est substantia & natura, quod sanguis hominis qui ex eo constat alimento, panis & vini videlicet, cum ex istis generetur. Quid aliud igitur facimus, quum ex tritico & vino sanguinem elicimus, quam faceremus si sanguinem de vena hominis tractum acciperemus, qui ex tritico & vino pariter constat? Proinde, vt excussemur à carnificina, consideramus ablatum fuisse sanguinem spagiricum tritici & vini ex vena hominis, quem etiam si acciperemus, nihil aliud præstaret, maius aut minus, quàm ille noster spagiricus. Vnde possumus concludere à similitudine valde congrua

refuscitationem hominis, vt aliarum rerum esse restitutionem eius quod ab eo ablatum est. Vt res clarior fiat ex sequentibus, de generatione vel potius regeneratione rerum est quod audiamus.

CAPVT XV.

DE REGENERATIONE ET

instauratione.

HAud secus atque homo potest in ventrem suæ matris redire, terræ videlicet, & inde renasci in extremo die iudicij, metallum etiam in ventrem suæ matris, id est argenti viui sui reuerti potest ac renasci. Redire (inquam possunt in mercurium viuum, & cum eo solui, atq; in mercurium suum resolui, necnon per ignem iterum nasci & clarificari, si quadraginta hebdomadas in continuato calore, quemadmodum infans in vtero suæ matris contineatur. Hoc artificio fiunt ex communibus metallis renouata regenerataque metalla tingentia. Nam vbi aurum & argentum, eo modo qui dictus est, regenerata fuerint, alia metalla quæque tingunt in verum aurum & argentum. Idipsum de sanguine, postquam regeneratus erit in aurum animale vegetatiuum, alium sanguinem tingit in verum sanguinem aureum vel argenteum. Sic de alijs quoque intelligendū. Quapropter Hermes ait, animam solam esse medium, quo spiritus vnitur corpori: intellige ad vitam. Etenim vita proprius quæ definitur potest, quàm dicere vnionem esse spiritus & corporis per vinculum animæ? Sulphur autem, est anima quæ non secus atque ignis omnia coquendo ad maturitatem adducit, ac ad vitam: id est mercurium & sal vniedo per suum calorem: Non est aliud sulphur, nisi quinta sulphuris essentia ex reuerberato sulphure per spiritū vini tracta, rubea ac ad rubini similitudinem transparens. Hoc est excellentissimum præ cæteris arcanum, quo metallum album & mercurius viuus coagulantur in constantissimum aurum, de cuius præparatione habetur nonni-

hil, libro de resuscitatione. Pariter homunculus in suam animã sulphuream adductus, & in terram suam, hominem videlicet, satus vel proiectus (in quam redire debet tanquam in suam matrem) ipsum tingit in virum aureum vel argenteum, id est perfectum hominem, ac tingendo simul ambo regenerantur & renascuntur in vnicum gigantem, hoc est robustissimæ longæq; vitæ ac sanæ hominem. Hactenus de regeneratione & instauratione.

CAPVT XVI.

DE CONSERVATIONE

vita contra mortem.

Postquam superioribus capitulis obiter de vita, morte, resuscitatione, regeneratione, & instauratione rerum omnium ad vnicum & eundem finem, vitam puta conseruandam in homine, scripsimus, æquum est vt in conseruatione vitæ huic primo tractatui pariter finem imponamus, à sanguine facientes exordium, in quo vita naturalis potissimum delitescit. Primum tamen videamus quid sit conseruatio rerum naturalium, non aliud sanè præterquam à suis inimicis præseruatio atque defensio. Sanguis igitur si conseruari debeat ab inimico suo (qui corruptus est aër putredinem inducens) tutus ac liber sit oportet. Quapropter à suo phlegmate reiecto separatus (quæ separatio per seipsum fit sanguinem) eius loco affundatur tantundem aquæ salis, vt infra docetur, paratæ. Hæc nanque statim sanguini permiscetur, ac tanquam verum sanguinis balsamum naturale, conseruat & præseruat ab omni corruptione, vt etiam in æuum non sceteat, sed plurimis annis rubeum & floridum quemadmodum recens è vena tractum maneat. Qui verò salis aquam parare non poterit, eius loco balsami tantum affundat, hoc ipsum quod aqua salis efficiet. Quæri posset ab aliquo, num hic sanguis è vena prolectus, nõ sit ad homunculum aptior, & ad medicinam eo qui fit ex alimentarijs. Quanquã

aliqui præparant ex vena sanguinem ad medicinam, ego inductus rationibus pro mea parte spagiricum præfero. Abhorret enim natura quæuis à deuoratione sui ipsius, id est per suam propriam substantiam ali, ac nutriri contra naturam est. Cùm igitur spagiricum medicamentum nutriat non secus ac medetur, potiorem existimabit mecum alimenti sanguinem, quîsquis id quod à Leuino Lemnio de naturæ mirandis effectibus proditum est, leget. Scribit autor hic de lepræ cuiusdam specie, quam ab Indis reportarunt Hispani, ex permixtione cum eius regionis quam Antropophagi voratores hominum inhabitant, muliereculis, eandem contagionem olim in cane comprobata, cui per multos dies incluso nihil aliud præter caninas carnes deuorandas fuit exhibitum, quo nutrimento varias tubercula per totum corpus contraxit, leprosus quoque factus in tam execrabilem deformitatem miser canis abiit, vt nemo non aspiciens abhorreret. Item ab Hispanis in expeditione Neapolitana militantibus, qui leproforum sanguinem in vino hauserunt Gallorum (vt fertur) malitia, lepra degenerauit vtrinque in morbum venereum, & per totum orbem terrarum propagata, triplici appellatione proprium nomen amisit, vt ab Hispanorum indomita libidine morbus Hispanicus dictus sit: à Gallorum insidijs Gallicus: & à loco Neapolitanus, cùm nisi lepra dici mereatur Hispanica, vel eorû maledictio: tortura Gallica: & scortatorum stipendium vbique locorum agentium. Cùm igitur natura propriæ speciei sanguinem & substantiam sumere intra corpus adeò abhorreat, vt ex priore exemplo de Antropophagis coniectare licet, spagirico nostro sanguine tutius agere visum est, quòd natura non abhorreat illud vnde elicitur, sed summo desiderio appetat, acceptumque in propriam suam transmutat substantiam. Sal igitur est balsamum verum sanguinis, cuius defectus origo lepræ sanguinis, atque totius vitæ. Vt etiam separatus à suo corpore sanguis sale conseruatur extra corpus, longè præclarius præseruabitur in suo corpore, sale balsamito naturæ, de quo supra in homunculi generatione, adhuc de sanguinis conseruatione dictum sit.

CAPVT XVII.

DE CONSERVATIONE ME-

talorum in genere.

AD metallorum conseruationem inprimis necessarium, vt eorum inimici cognoscantur, à quibus præseruari debent. Sunt igitur aquæ fortes & regis omnes inimicissimæ, cuncta corrosiua, & salia, suam enim demonstrant inimicitiam, quia metalla mortificāt, dissoluunt, calcinant, corrumpunt, & ad nihilum redigunt.

Item sulphur crudum, antimonium, & argentum viuum.

Crudum sulphur inimicitiam suam in cupro demonstrat, cui fumo solo colorem adimit rubeum, albumque reddit.

Albis contra metallis, argento, stanno, ferro, & plumbo, albedinem in rubedinem inuertit. Auro verò pulchrum colorem, croceamque flauedinem deprædatur, nigrum atque deforme reddit.

Antimonium suam inimicitiam palam facit, dum cuncta metalla quibus adiungitur in igne, per liquationem euolando secum in auras rapit, nec minùs quàm sulphur crudum ipsis colorem natium aufert, alium introducens.

Argentum viuum inimicitiam suam patefacit, dum metalla quæuis emollit, ac in pastam redigit. Item funus eius mercurij vulgi singulis malleationem adimit, fragilia reddit, ac rubea albefacit, calybis & ferri præcipuus est inimicus, affricata namque robustissima quæuis instrumenta ferrea vel calybea hoc mercurio vel eius oleo, nō minùs quàm vitrum facilimè rumpuntur.

Eandem gerit inimicitiam cū lapide magnetæ, quem si attigerit, vel oleum dicti mercurij madefecerit, longo tēpore postmodum ferrum nō attrahet. Causa naturalis est, quia spiritus magnetis similis est spiritui ferri, quò fit vt istius spiritum attrahat, quam attractionem vnà cum spiritu deprædatur lapidi mercurius vulgi. Id ipsum cūenire solet

PARACELSI PRAEPARATIONES.

inter alia cuncta communem spiritum habentia. Quinimò inter homines etiam virtus quædam magnetica delitescit, qua alter ab altero, trahitur per affectum inter multos nunquam antea viso non magis quàm reliqui, vt si duos ludo quopiam inter se pro victoria, vel pecunia, siue cartis, siue taxillis, & similibus concertantes, tertius animaduertat, etsi neuter sibi notus vel vnquam visus, nihilominus vni semper quàm alteri magis victoriam fauens congratulatur, spirituum sympathia, quæ magnetica virtus existit, hoc ipsum efficiente. Rursum inter se metalla habent inimicitiam non exiguam, plumbum enim aduersatur auro, vt exagnata sua natura hoc membri omnibus dilaniet illud, disrumpat, ac persequatur ad mortem vsque, magis quàm reliqua metalla. Stannum autem, cæteris omnibus metallis est inimicum, etenim discontinuat vt malleo non obediant amplius.

CAPVT XVIII.

DE CONSERVATIONE METAL-

laurum in specie, & primò auri.

AVrum conseruari melius non potest quàm vrina puerorum, in qua sal armoniacum dissolutum sit, vel in aqua salis armoniaci. His enim iniectum, ac suo tempore manens, ad summum gradum coloris & gradationis adducitur.

DE CONSERVATIONE ARGENTI.

Sale cum tartaro in aqua communi soluto, renouetur omne fuscum argentum, & præseruatur.

DE CONSERVATIONE CVPRI.

Illitione cum oleo salis, vel perfricatione cum mercurio sublimate, fit vt in multa tempora non concipiat æruginem, nec viride aris, neque vitriolum de se præbeat.

DE CONSERVATIONE PLUMBI.

Plumbum conseruari melius non potest, quàm vt sub terra humido frigidoque hoc loco sepeliatur, cuius naturã etiã sortitum est.

DE CONSERVATIONE FERRI.

Huius conseruatio duplex, vna vt adipe porcino, maris præsertim, non falso mense quolibet semel perungatur. Altera si cum co liquefacto, & arsenico fixo permixto aliquoties vngatur, perpetuo ferme præseruatur ab ærugine.

DE CONSERVATIONE MAGNETIS.

Contineatur in limaturis ferri, quibus nutritur, & optimè præseruatur spiritus eius, & vita contra mortem.

CAPVT XIX.

DE CONSERVATIONE MVL-

torum aliorum.

Sal conseruandum est ab inimico suo astro, siue ab incidentia solutionis, vasis clausis contentum, vt ab aëre tutum sit, locis tamen calidis & siccis.

Aquæ, & alij liquores in vasis longi colli & angusti orificij, superfluo oleo altitudine digitorum duorum latorum, tutissimè conseruatur, spiritus enim oleum non facilè penetrant. Quum ex eis quid exhauriendum erit, siringa profundius immersa subministrabit.

Panni conseruantur mirum in modum, si mastix, vel camphora, ambra, siue muscus inter ipsos contineatur: maximè verò zibeta, quæ nedum à tineis præseruat, sed etiã à pulicibus, cimicibus & pediculis.

Ligna quæuis oleo sulphuris flauis communis, ad hunc modum parato, præseruantur à putredine.

Tritum sulphur soluatur in cucurbita per violentissimam aquam fortem, vt quatuor digiti latis emineat. Postea per destillationem

D

abstra-

PARACELSI PRÆPARATIONES.

abstrahatur, & refundatur, cohobetur quartò, postremam destillationem ad siccitatem vrgendo. Deinceps hoc sulphur in fundo residens nigrum, vel fuscum in vitro, vel super marmoreum lapidem statim in oleum resoluitur humido loco. Hoc oleo præseruantur etiam omnia, quæ diutius in aqua perdurare nequeunt, vti nauium vela, corda, & similia quæ maximo sunt hominibus vsui.

Potabilia quæcunque, vt sunt vinum, ceruisia, hydromel, acetum, & lac, vt à potissimo suo præseruētur inimico, muliere videlicet menses patiente, fiat quod infra.

Vinum præseruatur sulphure sublimato, vel eius oleo.

Ceruisia conseruatur oleo cariophyllorum, aut radicum peoniae.

Hydromel, oleo sacchari.

Acetum, oleo zingiberis.

Lac, oleo ab amygdalis expresso.

Caseus, herba hypericone conseruatur & præseruatur à vermibus.

Mel conseruatur optimè, si præseruetur ac defendatur à præcipuo suo inimico, micis panis siliginei videlicet, quæ totum in formicas peruertunt, si in ipsum decidant.

Absoluto igitur primo tractatu, ad secundum veniamus.

FINIS PRIMI TRACTATVS.



TRACTATUS SECVN-
DVS, DE ARCANIS RERVM
NATVRALIVM EX MEDICI-
na chemica Paracelsi.

PRAEFATIO AD LECTOREM.



DE naturalium rerum arcanis dicturi, quid sit ar-
canum prius in hanc sententiam operæpretium
fuerit aperire. Substantiam propemodū incor-
poream esse dicimus, à suo crasso domicilio na-
turali separatam, & per chemicum artificium ad
supremum suæ simplicitatis gradum adductam,
vt communicatione quadam cum immortali,
per similitudinem simplicitatis, si non immortalis, incorruptibilis
tamen, ac vitæ longæ fiat particeps. Hæc autē studio & industria phi-
losophiæ, nō eius quæ docetur in scholis, at ea quæ in luce naturæ per
chimisticum ignem illucescit, atque per experientiam addiscitur, ha-
beri potest. Quatuor itaque sunt arcana rerum præcipua, iuxta Para-
celsi doctrinam. Primum quidem posuit materiæ primæ, quam in
rebus creatis non sensatis, earum semina, & in rebus sensatis sperma-
ta esse docet: non ea quæ natura producit in istis naturaliter, sed quæ
per chemicam artem artificialiter ex earum substantia præstantissi-
ma producuntur. Hūc citatos iterum eos volumus, qui ænigmatica
verba Paracelsi rudi nimirum ingenio suo ad literam reuocantes, in
semetipsos potiùs quàm in illum inuehi videntur, dum veris philo-
sophis ignorantiam suam produnt. Ad hunc locum est quòd referāt
quicquid alibi scriptum offendunt de homunculo, hunc videlicet
non generari ex naturali spermate, sed ex artificiali in giganteam na-
turam & complexionem adduci, hoc est in robustissimam corporis
& animi valetudinem, & non in staturæ proceritatem, vt supra tra-

PRAEFATIO AD LECTOREM.

Etatu primò. Mentem suam apertè prodit his verbis. Prima (inquit) materia depromenda non est ex eis ex quibus creatum hoc, vel illud creuit, sed ex ea prima materia, quæ ex illo producitur & generatur: ac si diceret. Natura ex suo semine sua creata generat. Ars verò, non ex eodem naturæ semine ex quo nata sunt creata naturalia, sed ex suo semine quod produxit ex eiusmodi naturalibus, naturaliter producta regenerat. Proinde cùm non fiat arte naturalis generatio, at solùm artificialis regeneratio, pariformiter non est opus naturali semine, sed potiùs artificiali artificialiter regenerante. Itidem de homunculo sentire videtur sub allegorico sensu, quem etiam detegit, his verbis: In dies (inquit) nutriendus est homunculus philosophicus, arcano sanguinis hominis, summa quidem industria in quinquagesimã septimanam, & quæ sequuntur. Jam considerent in Paracelsum calumniatores, quid ipsimet ex sua schola doceant. Ex eisdem (inquiunt) nutrimur ex quibus sumus, & econtrà. Quis fit igitur vt non intelligant Paracelsum docentem ex arcano sanguinis nutrimenti generari homunculum, & nõ ex spermate? Error interpretis vertentis Dampri in sperma, non est adscribendus auctori. Non parui refert sanè Paracelsi scripta interpretari germanica, quæ etiam à Germanis ipsis vt plurimum non intelliguntur, licet à quodam olim dum viueret conquestum sit, Germanos inferiores, aut Belgas interpretari hæc scripta. Sed vt ipsi ob amicitiam viuenti parcendum esse duxi, mortuo magis remittendum: potuit admonere priùs quàm editis scriptis amicum reprehendere, tum quæ pollicebatur meliora dare. Vitiosa sunt, & incorrecta, quæ ab indoctis passim venalia circumferuntur exemplaria manu scripta, vt plerisque locis non nisi per coniecturam intelligibilia se præbeant. His tantisper fruimur, donec meliora contingant. Vt ad primam redeamus materiam. Hæc vt cuique rei peculiaris est, haud secus ad cuiusque instaurationem sua præstantior erit, quamquam & externa, vel ab alieno prolecta non est inefficax, neq; inutilis, modò similitudinem cum interno habeat naturalem. Natura similitudine plurimum gaudet in omnibus, cùm substantiæ

tum

tum qualitatis. Hoc etiam adduximus infidelium dictum, ex eorum schola etsi cum alio nuperrimè citato prolatum, non tamen ortum habuisse putamus, cum illi qui hæc in medium adferunt non intelligant, alioqui meliùs de Paracelso iudicarent, istorum discipuli, quibus scripta sua declararunt olim infinitis commentarijs. Non tamen eo devenerunt infideles, ut cognoscerent veram physicam & artes omnes ex verbo Dei pendere. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, & quæ sequuntur. Item: Non ex solo pane vivit homo, sed ex omni verbo quod procedit ex ore Dei. Quid per hoc suos docet Christus? nunquid in homine duplicem vitam esse considerandam: priorem ac potiore æternam videlicet, æterno pane ciboque nutriripotui, verbo Dei nimirum: posteriore verò quotidiano pane opus habere, de quo etiam alibi vult hominem sollicitum non esse, modò spiritualem cibum querat in regno Dei, reliquum vltro aduenturum pollicetur, quicquid ad caducam hanc & naturalem vitam est necessarium? Si ergo vita naturalis est quotidiano pane sustentanda, cur non in pane hoc ea quæ faciunt ad eius vitæ conservationem quaeremus, cum per sudorem iniunctum sit nobis à Domino creatore nostro, post æternum panem? Ex isto posteriore pane quotidiano, concludit Paracelsus hominem habere duo corpora, duoq; semina, sanguinemque duplicem. Prius corpus esse dicit ex spermate parentum, & hoc vivere non posse nisi per posterius, quod ex spermate est nutrimenti, sustentetur & ex verbo Dei, quod huic pani dat baculum vitæ naturalis. Hoc ipsum corpus vocat misericordiae, alterum verò quod habetur à parentibus, iusticiæ. De his lege latius primo libro suorum scriptorum in Paramiricis, cap. 7. Proinde ex nutrimento misericordiae sanguinem sibi parat Paracelsus, & ex isto per concoctionem in artificiato stomacho spermatum semen etiam misericordiae, quod primam vocat materiam, ex qua docet arcanum ad medendū corpori iusticiæ prolicere. Siquidem panis hic misericordiae vel sudoris, per Dei misericordiam in eius verbo, quandam similitudinis energiam habet cum corpore iusticiæ, non secus atque istud iusticiæ tempore

PRÆFATIO AD LECTOREM.

cum fructibus ligni Paradysi habebat olim. Hoc autem pane iusticiæ propter suam iniustitiã priuatus homo, vitã pariter iusticiæ perpetuã in Paradiso viuere desijt. Verũ eius loco pane misericordiæ extra Paradysum donatus, vitã longã viuere potuit ac sanam, modò non abuteretur eo, alioqui labilem in vitã breuem & infirmã. Haud aliter intelligendũ quod autor de generatione homunculi scribit, libro de natura rerum, primo cap. de generatione, vt etiã præcedente tractatu exposuimus. Quis tam solidus philosophus, qui sibi temere persuadeat, naturale semen, extra naturalem sibiq; destinatã terram, aliud quàm contra naturã quid posse producere, virulentumq; Basilisci, aut alterius serpentis monstrũ? Fatuum est sanè credere tantum virum eò lapsũ, vt ignari censores eius perperã intelligunt. Aenigmatica sunt omnia quæ scribit, nec aliter quàm ænigmatico sensu perceptibilia. Quod quidem in eo nisi deprehendissem ad litteram non esse detorquenda, facilè cum alijs ipsum in simulassem alicuius impietatis. At contra video hunc Philosophũ, in verbo diuino Physicam, atq; medicam rationem profus fundatam esse velle, quod etiã videtur suos & non alios docere discipulos, id est eos qui ad ænigmata resoluenda nati sunt. Non omnes enim ad medicinam & physicam vocati fuerunt naturaliter, qui violentè has profitentur scientias, at maior pars eorum per fenestras intrusa, vt ad eas apta, non melius illas etiam exeret. Quapropter abdita naturæ, abdito sensu propalare non inconsideratè conatus est, quo probarentur illi, qui his arcanis digni sunt à tractationis intellectu: reliqui verò procul arcerentur. Hæc erant lectoribus proponenda, & ex primo tractatu in memoriã reuocãda, priusquàm arcanum primæ materiæ tractaretur, ne forte mox ab exordio, tractandi inaudito sibi modo perterriti, à primæ lecturæ facie abstinerent, alia reiicientes etiam arcana, etsi non minùs ac ista studio laboreq; maximo, ad ea, cum intelligendum, tum acquirendum, sint præ cæteris arcanis physicis & chemicis dignissima, quæ natura recondit in penetrioribus.

DE ARCANO PRIMAE MATERIAE.



RESOLVTIVA digestionem per mensem digeratur materia prima seminaria, de qua diximus. Tandem affundatur æqualis portio monarchiæ vel essentiæ vini rectificati, & in eodem flacco, siue phiala vitrea longi colli, digeratur iterum altero mense, vel amplius obstructissimo vase, ac Hermetis sigillo, ne respiret, optimè compresso. Postremò destilletur materia. Quod ascenderit, arcanum esto materiæ primæ, cuius vires atque virtutes vix enarrari possent, ad instaurationem vitæ longæ & sanæ.

DE ARCANO TINCTURAE.

Tinctura philosophica fit in septem principibus membris humani corporis, vt sunt, cot, cerebrum, hepar, splen, renes, fel, pulmo. Singulis externa sua membra correspondent, vt cordi, aurum, perlæ vel vniones, coralla, macis, crocus, melissa, &c. Cerebro, luna vel argentum, saphirus, vitriolum, muscus, &c. Hepati, cheiri, anthos, alchahest, &c. Spleni, tartarum, tamariscus, &c. Renibus, camphora, &c. Felli, reubarbarum, flos cheiri, &c. Pulmoni, sulphur, &c.

Ab eiusmodi membris externis igitur separabis elementa, ex quibus ignem solum pones in digestionem, & in ea tantisper maneat vsque dum in fundo vasis nulla prorsus materia, nec in toto vase appareat in substantia. Quo percepto vitrū vt erat hermetico sigillo clausum, ponatur aliquo loco humido frigidoq; , & rursus in materiam visibilem resoluetur arcanū tincturæ interni corporis membro correspondens, vt fuit externi membri materia. Hic est vniuersalis aut generalis arcanorum tincturæ parandi modus.

PARACELSI PRAEPARATIONES.

Alias verò præparationes ponit, libro de viribus membrorū spiritalibus instaurandis, quas etiā hoc loco singulatim recensere minimè pigebit, ex ordine superius præscripto.

AD COR, AVRI PRAEPARATIO.

Cimento regali in spadiceam calcem adducatur salis ad miniculo. Tandemum ablutum in munditiem perfundatur aqua circulata, & igne lento digeratur viginti quatuor horis, vel vsque dum in superficie fluitet oleosa materia quædam, quæ collecta propinetur in aqua vitæ rectificata.

AD COR, VNIONVM LIQVORIS COMPARATIO.

Ponantur in digestionem cum aceto radicato, & vt in liquidā substantiam abierint, cohobetur inde pluribus destillationibus acetū hoc, donec in liquorem transeant.

AD COR, CORALLORVM SOLVTIO.

Resoluantur aqua vitæ à sale calcinato prius eleuata, per putrefactionem, & euacuetur color omnis, qui liquor est ipsorum.

AD COR, MACIS, COCI, MELISSAE, VEL
chelidonia tinctura.

Contineantur in digestionem cum optimè summeque rectificato vino, clauso vitro hermeticè, & balnei calore: macis viginti quatuor diebus: crocus duodecim: melissa, vel chelidonia quatuor tantum. Deinceps purum ab impuro separatur euacuatione, ac à puro phlegma totum. Addatur postmodum ei vinum vitæ, & cohobetur cum eo donec in liquorem prorsum abeat, sic de reliquis herbis facto cordialibus, vt de melissa, vel chelidonia.

AD CEREBRVM.

LIQVOR LVNAE, VEL ARGENTI.

Argenti calx in digestionem contineatur cum vino vitæ, diebus septem, quo tempore soluetur in viscosum liquorem, qui latius in bal-

balneo digestus resoluetur in succum viridem. Hoc summum est arcanum ad cerebrum instaurandum.

AD CEREBRUM, SAPHIRI TINCTURA.

SAphirus tritus reuerberetur in puluerem, qui perfusus vino vitæ per digestionem sex dierum spacio reducatur in liquorem. Hic administratus caduci species omnes, maniam atque phantasticos morbos in desperationem tendentes curat.

AD CEREBRUM, VITRIOLI TINCTURA.

Destilletur vitriolum optimum cum æquali pondere vini vitæ. Postmodum circuletur tantisper vsq; dum fundum materia nō occupet ampliùs. Quo percepto, vas cum tota substantia inuisibili, aliquo loco frigido & humido contineatur, donec in visibilem substantiam redeat. Administretur cum oleo nucum myristicarum, ad maniam, vertiginem, paralyfin, apoplexiam, & similes morbos, cum vt non irrumpant, tum si forte infestare cœperint, propellantur.

AD CEREBRUM MUSCI TINCTURA.

COquatur vino vitæ in succum instar storacis liquidæ. Hic medetur à radice vertigini, scotomiæ, principiaque morbi caduci coërceat atque diuertit.

AD EPAR CHEIRI, ET ANTHOS TINCTURAE.

Reuerberetur cheiri vel antimonium in suos flores albos, à sua nigredine. Administretur albedo hæc vnà cum vino vitæ. Corruptions omnes emendat in hepate, ac per sanguinis correctionem lepram curat, &c.

AD HEPAR, ANTHOS TINCTURA.

Resoluatur anthos per spiritum aquæ vitæ, & administretur ad omnia vitia hepatis, & in eius conseruationem, & instaurationem.

PARACELSI PRÆPARATIONES.

AD HEPAR, ALCHAHEST TINCTURA.

Congelatione & solutione toties in eo repetitis, donec mercurius sui similem vincat, medicinā exhibet alchahest, id est mercurius, ad hepar excellentissimam, & in præseruatione hydropisis ac similiū morborum in hepate suam originem habentium.

AD SPLENEM, TINCTURA TARTARI.

Separetur ab eo liquor eius à suo corrosiuo, per vehementissimum ignem, ex retorto vase. Tandem cohobetur vino vitæ quinquies super suas feces, ac separetur. Eius administratio sit cum vino vitæ re-ctificato. Splenem aufert omnino, vt nullus ei sit locus in corpore amplius.

AD SPLENEM, ARCANVM TAMARISCI.

Maceretur in oliuarum oleo tamariscus, & cum oppopanaco simul permixtus destilletur in oleum per alembicum. Vngatur exterius regio splenis. Radicitus etiam non secus atque tartari tinctura splenem aufert ac absomit absque detrimento vel dolore pariter morbos omnes spleneticos.

AD RENES, CAMPHORÆ
tinctura.

Digeratur in suum liquorem cum vino vitæ. Administretur vel propinetur, renes absomit ac omne quod producitur ex eis, summam quoque artificialem castitatem inducit. Eorum materia manet, operatio verò prorsum tollitur.

AD FEL, REVBARBARI
tinctura.

Reubarbari tinctura, siue liquor vnà cum cheiri, per spiritum aquæ vitæ proliciatur digestionibus, & solutionibus, vti fit ex anthos. Non priusquàm sedata cholera patientis administretur. Sequitur sumptionem eius maxima sitis, & hanc fellis correctio, cum sanitate.

AD PVLMONEM, SVLPHV-
ris tinctura.

TRitum eleuetur à sale calcinato vel calce minerali tertio, tum de-
mum administretur, &c.

DE TERTIO ARCANO MER-
curij vitæ videlicet.

Mercurius essentialis, id est per naturam ad completam suam
essentiam adductus, vnà cum antimonio sublimetur, non prius
tamen quàm ab impuritate sua fuerit separatus: & ascendant simul
ambo, vnumque fiant. Deinceps resoluantur super marmor, & ad
quartam vicem iterum coagulentur. Hoc artificio habetur mercu-
rius vitæ, quo renouantur & instaurantur omnia corporis membra,
cum suis naturalibus facultatibus.

DE QVARTO ARCANO, QVI LAPIS
dicitur à chemistis.

PVrum elementi mercurij repurgetur ab impuro, & inde post re-
uerberetur in albedinē, hæc sublimetur ab armoniaco sale toties
donec resoluatur. Resolutum hoc iteratò calcinetur & soluatur, ac
per mensem pellicano digeratur. Postremò verò coaguletur. Hoc nõ
vritur amplius, nec vllò consumitur igne, sed in eodem statu perma-
net. Corpora quæ penetrat, etiam in cimeritio sunt constantissima,
vt in nihilum redigi non possint, minui, nec alterari. Aufert ab insen-
satis, & à sensibilibus minorem essentiam, & omnem qualitatem su-
perfluam.

Sunt & plæraque alia tincturarum arcana, quorū preparationum
ponere modos non differimus.

DE TINCTVRA AVRI.

EXtracta ab auro tinctura, corpus eius remanet albū. Hæc separan-
da est ab impuro, hoc est à suo corpore: quæ separatio in primis est
necessaria. Postmodum clarificari & exaltari debet in suum gradum,
qui duplatur semper binies, hoc est in bis duo, quatuor & in infini-

PARACELSI PRAEPARATIONES.

tum. 2. 4. o. altiùs non progreditur. Tum demum administrari poterit, ad instaurandum & innouandum sanguinem in pristinam temperaturam, vt infra latiùs in administratione dicetur.

FORMVLA EXTRACTIONIS TIN-

ctura aurea.

COrpus eius corruptione remoueri debet à sua metallica natura, vt malleum non sustineat ampliùs, idque per aquam salis. Tandem abluatur aqua dulci, & inde per spiritum vini trahatur eius tinctura. Postremò spiritus eleuetur à tinctura, quæ residet in fundo vasis.

AQVAE SALIS FORMVLA.

EX liquido aut liquefacto sale paratur, quod ex sui natura, præter omnem artificialem coctionem concretum fuit. Hoc liquefiat aliquoties, & pulueratum soluatur succo raphani, inque dissolutionem agitetur, ac destilletur. Eiusmodi destillatum admisceatur sanguineæ dum adhuc viridis existit, mixtaq; simul destillentur iterùm quinque. In isto liquore laminae solis per antimonium repurgati soluantur in puluerem. Hic aqua pura dulci sæpiùs abluatur, quæ tamen priùs destillata sit, vt omnis acrimonia salis abeat, ne permisceatur in profundo vel radice materiae solis, at separetur: facile quidem abluere se permittit, vt puluis in seipso dulcis maneat sui ipsius persimilis, & in substantia non mutatus neque permixtus alteri cuiquam.

SPIRITVS VINI FORMA.

Generosissimum recondatur amplo vase, ad sextam suæ capacitatis partem vix imbuto, sigilloque Hermetis obstructo ne qua respiret. Collocetur in balneo maris, non profundius immersum aquæ, quàm vini superficies attollitur, ibidemque maneat spacio dierùm decem. His finitis, exentum destilletur è phiala frigide, vsq; dum spiritus ascendat, vbi signum suum dederit, vel exhibuerit, cessato mox à destillatione, quod enim sequitur vinum est adustum vel ardens, &
non

non spiritus. Spiritum affunde pulveri solis ut alcohol existenti, ut sex digitis latis emineat, vitroq; diligenter ut prius obstructo maneat ambo per mensam in digestionem calidam balnei. Tinctura vel color transcendet in spiritum, albo pulvere fundum petente. Separatur liquor à pulvere hunc fluere curato, conflagabitur inde metallum album, de quo iudicium fieri nequit, sub qua specie sit assignandum. Spiritum balneo lento separato, manebit succus tanquam liquor in fundo vasis. Hunc liquorem ad summum gradum amplo retorto vase quinquies adducito. Gradatio talis fit solummodo per elevationem, quæ materiam reddit subtiliorem. Verum ultra quintam essentiã compelli se minimè patitur, id est, in 2. 4. 0. Ulterius verò si progredi quis præsumat, aduritur.

ADMINISTRATIO ET VSVS
tincturae solis.

Tincturae solis drachma una, cum uncia una optimæ theriacæ venetæ permisceatur, & huius mixturæ propinetur ægro scrupulus unus ieiuno stomacho sub auroram. Imperetur sudor, & excitetur stragulis in lecto. Processus huius administrationis repetendus, quoad vlcus non eiciat sanguinem aut alium quemuis humorem sanguinolentum, quod plerumque fieri solet decimo vel duodecimo die. Curetur postmodum quocunq; voles unguento vulnerario vel stictico.

ELUCIDATIO QUORVNDAM OBSCURIORUM LOCORUM.

Huius artificij potissima difficultas consistit in auro corrupendo. Vulgi siquidem opinio tenet, aurum arte nulla, nec villo igne vinci posse. Verum autor noster id aqua salis facillimè fieri docet. Potest quidem aurum aliter calcinari, vel in pollinem redigi mercurio, vel fumo saturni, & reliquis, præter utilitatem, qui pulvis quocunque alio modo paratus follibus & igne redit in pristinum sui metalli sta-

PRAEFATIO AD LECTOREM.

tum, id est in corpus malleabile. Pulverationem huiusmodi corruptionem esse minimè vult in auro Paracelsus. Expresse nanque nobis innuit aureum corpus inter cætera metalla solidissimum, ad modum corrumpi debere, vt malleum non expectet amplius, aut sustineat, imò vt à sua metallica natura prorsum remoueatur.

Aqua salis id ipsum fieri docet obscure satis, ne palàm arcanū hoc præ cæteris excellentissimum fiat indignis naturæ non minùs quàm arti mortalissimis inimicis. Nihilominus quantum in me fuerit sal istud aperiam filiis artis, & naturæ mysteriorum studiosis & curiosis indagatoribus. In terræ visceribus igitur, & montibus, naturæ sal occultitur naturaliter coctum, præter hominis artificium, quod petreū nuncupatur, lucidum atque transparens, massa coagulatum ingenti magis quàm cætera quæuis alia.

Liquatum igne sæpiùs vires maximè destructiuas metallorum acquirit, & auri, si postea soluatur succo radicū raphani. Hoc loco multi hæsitare solent, an de raphano vegetabili radice fiat sermo, vel de minerali quopiam, quorū dubiosa mens me non remorabitur, quin ad literam istud prorsus intelligam. Etenim hoc loco non tantum acuitatis, quantum salis præscripti solutionis est habenda ratio: licet vtraque nobis etiam non somnolentè consideranda veniant. Dicit enim Lullius vir chimisticæ philosophiæ doctissimus, quibusdam vegetabilibus menstrua philosophorum acutiora reddi. His tamen omissis ad solutionem salis ex Paracelso redeamus. Quis autem vel plebeius quispiam homuncio dubitabit, sal quodcunque per aquam communem aut aliam dulcem resolutum hebetari? quod etiam experimento patet, quò sæpiùs, eò mitius ac debilius reddi. Hinc fit quòd acrioribus liquoribus, & ponticioribus vegetalibus, suo corrosiuo sale naturali minimè carentibus, solui sal doceatur. Id ipsum de sanguinea dum viridis est iudicandum esse non dubito, etsi nonnullis, imò quamplurimis qui de mineralibus intelligi volunt, ad vitriolum se conuertentes aliter videatur. Locus est per se manifestus, his verbis, dum viridis est, innuit eiusmodi vegetabilem succum

succum assumendum eo tempore dum adhuc viret, ac si diceret, non est, quòd sinas arescere vel tabefieri.

De vitriolo quidem non potest haberi suspicio, cum semper vire-scat, & licet aliquando palle-scat iuxta locorum qualitates, è quibus e-ruitur, ac in ceruleum colorem vergat, luteum, vel album, nihilomi-nus ei viriditas inesse plus minùsve cernitur. Considerandum etiam sanguineam dixisse autorem, & non sanguineum, vt herbam in-nueret potiùs quàm minerale quidpiam.

Quare igitur optimè lector herbam non minori præditam acri-monia quàm raphanus, quocunq; loco reperias, quæ sanguinea nun-cupatur, cuius & raphani succis dictum sal dissoluatur, acriorque red-datur in auri faciliorem solutionem. Frigida modo destillatio videat-ur ab autore non appellata, sed ea dicitur frigidè facta, hoc est calore temperatissimo, vt qui vix à frigiditate dignosci queat, respectu com-pationeque ad alias destillationes facta, quibus consuetum est in alijs extractionibus vti. Signum etiam esse putat in galea destillatorij va-sis, quum radij, filamentave corporei cuiusdam humoris apparent. Oportet enim spiritum inuisibilem esse dum ascendit, nec priùs per-ceptibilem quàm in corpus aut in suum vehiculum frigore coaluerit. Siquidem spiritus nostros chimicos habere corpus necessum est, ali-ter nostras manus effugerent atque potestatem, attamen admodum rarum, vt nisi cohibeatur aliquo vase, prorsum evanescat. Alcohol ve-rò dicitur pulvis pistillo non, sed resolutionibus duntaxat attritus. Restat explicandum quod sub ænigmate celatum voluit autor. Ad lydium lapidem hunc, qui Paracelsum vertistis hoc loco, pedem of-fendistis. Patet, cum in eo scopus totius negotij cõsistat in ista gradua-tione videlicet. Aenigma hoc erat. Ultra quintam essentiam com-pelli se minimè patitur, id est in 2. 4. o. vltèriùs verò si quis progredi volet, aduritur.

Audite quæso, vidistis vnquam vos quintam essentiam, aut proces-sum eius ignoratis? Nunquid eam circulatione fieri scitis? Quid aliud inculcare nititur doctrinæ suæ filijs Paracelsus, quàm ea duplicata sem

PARACELSI PRAEPARATIONES.

per, id est multiplicata vel continuata, circulum hunc in infinitū agi, donec in vnitatem peruenerit ac in ea quiescat denariumque numerum, vnitatemque secundam compleat. Colligitur ex numero primo facta progressionē prima numerali hac 2. 4. 8. 16. 32. 64. 128. 256. 512. & 0. quæ circularis nota postrema motum & progressum innumerum designat, fatigatione desinentem in quietis, hoc est fixationis characterem aut centrum, vel potius vnitatem. Non aliter intelligite locum hunc in exemplari germanico. Qui duplatur quinquies in bis, duo, quatuor, ad hunc modum in bis quinq; 10. hoc est duplatur per 2. 4. & ultra vsque in bis quinque 10. Videamus quæso qua ratione seducti sunt numeros istos exponere conati 2. 4. 0. Non animaduertent inter notas arithmeticas 2. 4. punctula, quæ non 24. sed 2. & 4. denotant, initium binariæ, vel duplatæ progressionis. Hinc deprauarunt mentem auctoris ornata quadam serie per ænigma loquendi, propositam, & in chimericam suam phantasiam, nullius rei præterquam suæ significatiuam. Potius dixissent ac melius, qui duplatur in bis quinque, per 2. 4. in 0. desinens. Hoc nobis & singulis apparuissent periti mysticarum rerum artis, & scriptorū Paracelsi. Nota verò circularis numerorum reuolutionem docet ad vnitatem singulorum, quæ ad chemicam hanc artem applicantur, atque fixationem, quā vocant, centri in sua quaque monarchia: non eam qua dotatur aurū in igne præ cæteris constantissimum corporibus, sed qua spiritus ad tantam simplicitatem adducuntur, vt numerum omnem & corpus exuant. Viceversa corpus etiā fixum esse dicitur, quum ab omni spiritu liberum efficitur, aut vbi cum vnito spiritu fixo compactum est, vnumque factum, vt amplius diuidi nequeat in alias partes, quàm in vnum, & vnum idem. Fixatio spirituum igitur est, eorū ad suam simplicitatem & vim penetratiuam adductio, per quam corpora simplicia etiam facta subintrant, ac postmodū ita sese mutuò complectuntur, vt arte vix seiungi possint. Nam aut in igne simul manent, aut vnā simul abeunt in auras. Si tamen artificio quopiam ea segregari contingat, in aliud nil nisi in vnum & vnum idem id fiet, quod etiā cum
nullo

nullo alio conuenire poterit quàm vno. Referendum eò vbi Trithemius ænigmate suo proponit in arcanis, Reijciatur binarius (inquit) & ternarius ad vnarij simplicitatem reducibilis erit. Nec obliuiscendum etiã eius erroris, qui ab exordio descriptionis tincturæ commissus legitur ad hunc modum. Transcendit color in spiritum, & manet puluis albus in fundo vasis. Separa, pulueremq; liquefacito, conflabitur inde metallum aqueum, sed albū lege metallum. Prouenit hic error ex autographo Germanico incorrecto, in quo *Wasser* habetur, quod *Weisser* esse debuit. Iam demum ad alias tincturas veniendum est.

DE ARCANO TINCTURÆ
antimonij.

Redigendum est in alcool, tandem in reuerberatorio vase clauso per mensem igne leniter eleuandum, vt inde volatile confurgat, primò album, deinde citrinum, & postremò rubeum, purpureum ac leue. Ab hoc lilli ad hunc modū præparato, spiritu vini lilli materiam altitudine digitorum decem excedente, clausoq; vase color extrahatur. Hæc est summa præparatio lillix ex antimonio. Frustra sunt in hoc operati negotio, quotquot ante Paracelsum arcanum huiusmodi quæsierunt alijs medijs, & alienis à vero lilli processu.

VSVS EIVS TINCTURÆ EST.

VT in dolio vini recentis mense Septēbri, vel Octobri, ad quasq; viginti mensuras vncia semis huius tincturæ affundatur, ac vnà cum vino digeri mundificariq; sinatur. De hoc vino bibat æger tribus, quatuor, aut pluribus septimanis alijs omnino potibus omissis. Vlcera tamen obiter cōmuniōribus muniantur emplastris. Operatur enim tinctura satis intrinsecus ad exteriora persananda.

F

OMNIS

PARACELSI PRAEPARATIONES.

OMNIS HVIVS REI DIFFICULTAS POTIS-
simùm consistit in hac dictiuncula alcool.

Nonnulli satis incongruè sunt interpretati pro puluere minu-
tissimè trito, pistillo vel mortario ferreis aeneisve, sed error isto-
rum satis arguitur eò, quòd varijs locis Paracelsus de alcoole vini
scribit, pro aqua ardente rectificata, quæ quidem nihil cum pulue-
re commune habet, nullamque similitudinem. Est igitur alcool
rerum aut corporum quorumcunque nil aliud, quàm purior &
mundior substantia ab impura separata. Videamus ergo quid sit
alcool antimonij. Discretum hoc loco iudicium esse debet solidor-
um à liquidis. Possunt nihilominus & cōcreta longè alijs medijs
quàm tussionibus in minutissimam substātiā redigi per ignem,
calore, solutionibus, congelationibus, sublimationibus, &c. Sen-
tentia hæc est auctoris nostri, vt antimonium nedum atteratur pi-
stillo & mortario, sed etiam in volatilem suam substantiam à suo
naturali colore non immutatam. Idque solo ignis & caloris bene-
ficio regimineque fieri necessum est, vt postquam vulgariter con-
tritū fuerit, philosophicè tandem atteratur sublimationibus, quæ
pistilla sunt philosophorum & mortaria. Docet alio loco sublima-
tionem hanc fieri debere sine omni capite mortuo. Satis igitur
constat nihil fecum ante sublimationem adfuisse. Proinde neces-
saria est ista sublimatio stibij, vel frustraneum opus, & inanis labor
ad antimonij flores atque tincturam suscipitur. Maxima pars eorū
qui Paracelsi præparationum anatomiam exercent rerū, tentan-
tes arcanum hoc fallitur. Statim autem à vulgari tritione subli-
mant in fuliginem albam. Sed prius in cœlū scandere posse, quàm
hac via veros flores citrinos aut rubeos elicere, suo damno sapius
experti sunt. Vulgare non est, at merè philosophicum artificium,
paucissimis etiam philosophis hætenus cognitum. Proinde filijs
doctrinæ duntaxat reuelandum. Eiusmodi porrò sublimatio fieri
debet

debet igne admodum temperato, vt antimonij puluis minimè liquefcatur, afcendat nihilominus vt farinae flos parietibus adhærere cernitur molendinorum. Ecce iam totum huius negotij habes arcanum, vt nifi truncus, intelligere quiuis potest.

DE ARCANO TINCTURAE

Corallorum.

COrpus eorum in alcool, non priori fimilem, fed in puluerem attritum minutiffimum redigatur, ex quo tinctura per vini spiritum eliciatur quemadmodum ex auro. Poftea fexies atque decies afcendant per deftillationem fuprà nudum ignem, feparatio verò fexies in balneo, toties deftillatum fuis fecibus refundendo, vel quinq;ies tantum. Seruetur oleum, hoc in aqua theriacali venit adminiftrandum, à fcrupulo in drachmam.

AQVAE THERIACALIS FORMVLA.

AD fpiritus vini vncias quinque, affumito vncias duas theriacæ, & myrrhae Romanæ rubeæ vnciam vnam cum drachimis duabus, item croci orientalis drachmas duas. Deftillentur omnia fimul ac femel tantum.

VSVS TINCTURAE CORALLORVM

adminiftrationis.

Eius vncia vna & femis permifceatur aquæ cichorij, vel chamedrios aut gamandræ vncijs decem, & huius mixti quarta pars vnciæ propinetur ægro, manè & vefperi horis quinque ante prandium ac totidem horis poft coenam, idque fex aut feptem diebus fucceffiuus. Cibetur patiens leuioribus, & potus eius fit aqua deftillata ex fumo terræ, cichorij, vel fimiliū aquis, quibus tamen fobriè tantum vtatur.

PARACETSI PRAEPARATIONES.

DE TINCTURA BALSAMI.

AD vncias viginti spiritus vini assumantur drachmæ quatuor, vel vncia semis balsami veri, simul ambo circulentur in pelli- cano ad solem spacio vnus mensis. Postea destillentur ambo per alembicum, quæ quidem destillatio melior est hoc loco, quàm per vas retortum. Ista mixtura manet in sua compositione. Huic de- mum addatur adhuc vncia semis balsami, & vt prius vitro clauso digeratur vt alij melius permisceatur. Postquam & istud mixtū vo- latile factū erit vt antea diximus, rursus addatur vncia semis bal- sami, idque toties agendum vsque dum vncias duas balsami, spiritui dicto permiscueris, & vt audisti in summum gradum suum ad- duxeris.

ADMINISTRATIONIS VSUS TIN-
ctura balsami.

PONDUS granorum hordei quinque; huius præparati balsami pro- pinetur ægro, in vino veteri albo, quolibet die bis, donec puru- lentiæ nihil ex vlceribus effluat. Rarica tandem & origine vlcerum amota, cessat effectus omnis cum causa, per intrinsecū vsus istius arcani, & extrinseca cura perficitur.

DE TINCTURA SALIS PHILOSOPHORVM.

COMMISCETO salis auri vel eius alcali, salis antimoniij, & salis aut alcali melissæ ana, vnciam semis, item salis puri petrosi vncias octo, & super frustulum panis aspersa comedantur.

Nec est quò demireris salium auri, antimoniij, & vegetabilium appellationem, vbi horum extractionem didiceris, quam ignora- re medicum haudquaquam decet, non miraberis amplius.

ALIA SALIS TINCTURA.

SALIS gamandrea, vel chamedrios, salis cichorij, & salis valerianæ singulorum vncia vna, cōmisceatur salis absynthij vnciæ semis,
& sa-

& salis vitrioli drachmæ vnicæ. Condantur cibi & quidquid eduliorum ægris appositum fuerit, vsque dum vlcus melius habeat.

Eiuscemodi salium genera, propriè dicuntur ex arte alcalia naturaliter insita corporibus naturalibus omnibus, eliciuntur etiam ad hunc modum. Aduratur quoduis corpus in cineres, è quibus capitellum aut lixiuum elixetur, clarificeturque per filtrum, & elixatione fac omnem aquam abcedere, quod fundo subsederit alcali vel sal est eius corporis.

Quamuis hoc loco tincturæ ponantur ad curationem vlcerum, generalem nihilominus virtutem habent ad alios morbos, cum per instaurationem & innouationem sanguinis operentur. Hactenus de tincturarum arcanis, iam enim ad alia transeundum erit.

DE QVATVOR ARCANIS AD contracturas.

PRIMUM ARCANVM COMPOSITVM.

SVmantur alcoholis vini libræ sex, cantharidum vnciæ decem, florum tapfi, canabis, camomillæ, hyperici, singulorum manipuli sex, contusa permisceantur, ac solis radijs vel calore fimi digerantur per mensem. Postea destillentur. Huic destillato liquori addatur canabi florum, tapfi, camomillæ hyperici, centaureæ, betonicæ, prunellæ, singulorum libra semis. Mastice mumiæ ana vncia vna & semis. thuris vnciæ quinque, lumbricorum terrestrium, ranarum ana libra semis. Destillentur in circulatorio per octo dies & vtere, sicuti de balsamis diximus antea.

SECUNDVM ARCANVM, SOLIDVM.

SVcci flammula cum tota substantia, hoc est vna cum floribus, folijs, caule, radicibus, &c. succi florum tapfi, ana libra vna, dige-
F 3 rantur

PARACELSI PRAEPARATIONES.

rantur cum alcoolis vini libris duabus in equino ventre, diebus decem. utere ut superioribus. Quid alcool sit cum in liquidis, tum in solidioribus antea satis diximus.

TERTIUM ARCANVM, ELEMENTATVM.

CHelidoniae, melissae, erucae, iuae arteticae, florum tapfi, papaueris, centaureae, betonicae, parthenionis, hyperici ana manipuli duo. Terantur omnia simul, aceti parum admisceto. Putrificentur, & ex eis succus expressus circulatorio vase rectificetur diebus decem, utere postmodum ut alijs.

QUARTVM ARCANVM, METALLINVM.

Metallum resolutum circuletur diebus octo, dulcificetur & in usum assumatur. Metallorum tamen faciendum est discrimen. Solis aqua praeter ceteris ad contracturas est excellentissima, & praestantissima.

DE ARCANO TARTARI.

Eius optimi reuerberatorio calcinati in summam albidinem librae tres, dissoluantur excellentissimo ardente vino, in balneo maris diebus septem putrescant. Postmodum per vas terreum fortissimum igne leui primùm, successiuè deinceps aucto, ac sub finem violentissimo destilletur inde tota substantia, iuxta processum aquae fortis. Ascendet primò liquor subniger cum ardente vino, quod quidem à substantia tartari separari potest.

Deinceps relictæ feces calcinentur iterum in reuerberatorio vigintiquatuor horis ac destillentur cum aequali sui pondere vini ardentis madefactæ. Processum hunc toties repetas donec tartari nihil amplius reliquum sit à postrema destillatione. Tandem collectos omnes eiusmodi liquores summè rectificatos calore solis in pulue-

puluerem exiccari finito, & ab ea materia spiritum vt ex calcinato tartaro factum antea fuit, prorsum elicit. Dosis eius est drachma semis, & granum vnum mitridatij, vnciae aquae cichorij vel plantaginis destillatae commixta, iuxta respectum personarum aliquoties administretur. Medicamentum hoc origines atq; radices omnium vlcerum tollit funditus. Hoc loco paucis admodum verbis instrui multi possent, & ad summum chirurgiae fundamentum adduci, necnon ad veram vulcanicae transmutationis & gemmarum tincturae colorationis cognitionem. Verum auaricia, pigritia, & ambitio huius mundi per summum arcanum ignis philosophici, vel aquae, non sunt prouehendae.

DE ARCANO ANTHERAЕ.

Sublimetur stibium album pulueratum igne lento primùm, auctiore postmodum vsq; dum in flauedinem, vel in croceos flores conuersum, ad colicam, & alios infinitos morbos optimum sit medicamentum.

DE ARCANO ANTHOS, VEL HONATH.

Sulphuris vncia semis perfundatur vncijs viginti spiritus vini, digeratur ad solem vno mense, postea destilletur. Reaffundatur destillatum, & rursus addatur sulphuris vncia semis. Digerantur vt prius optimè clauso vitro. Tandem destilletur iterum, vt antea. Hoc artificio sulphuris vnciae duae possunt addi, ac ad muminiam adduci terrae, quod balsamum erit, ac remedium ad vlcera pertinacissima, sistens eorum fluxiones. Estque per os assumptum praeseruatium ab omni putredine.

DE AVRO POCVLENTO.

Hoc repurgatissimum per antimonium soluatur aqua vel viridi liquore salis in puluerem, qui coelesti aqua defullata saepius
F 4 abluatur

PARACELSI PRAEPARATIONES.

abluatur vsque dum acrimonia salis abeat. Huic pollini vini tantum affundatur vt quatuor digitis latis emineat, & in vase clauso digerantur balneo maris, temperato calore, tribus vel quatuor septimanis. Et calore hoc tingetur spiritus citrino vel rubicundo colore, solis corpore albi pulueris instar in fundo residente. Spiritus à colore separetur balneo maris, & rectificetur. Aurum habebis poculentum, quod in corpus minimè reuertitur quouis artificio.

ALIA EIVSDEM AD CONTRACTURAS ET
alios infinitos morbos, formula.

AVri foliati, puluerati, & in succum vt antea dissoluti vnciae vni tantum, affundatur aceti destillati, quantum sat esse videbitur, simulque toties destillentur & separentur, quoad saporis eius quod adiunctum erat in calcinatione nihil prorsum degustetur. Postmodum in aquae vitae infra scriptae vncijs quoque pellicanico vase digeratur vno mense. Et aurum poculentum habebitur excellentissimum,


AQVAE VITAE HVIVS FORMVLA.

Vini ardentis rectificati libris decem addatur florum rosarum, roris marini, anthos, cheiri, foliorum vtriusque ellebori, & maioranae, singulorum manipulus vnus. Cinamomi, macis, nucis muscatae, caryophyllorum, granorum paridis, piperum omnium, cubearum ana vnciae duae. Succu chelidoniae, tapsi, melissae ana libra semis. Cinerum fabarum vnciae quinque. Mixta simul omnia per duodecim dies in pellicano digerantur. Separa demum & vtere.

ELUCIDATIO PRAECEDENTIVM.

Obscura satis formula quae de auro potabili posita est, requirit aliquam interpretationem vbi primum habetur, auri foliati, puluerati, & in succum soluti. Pulueratum intelligito calcinatum, quod

quod autem diuersimodè fieri solet. Primò, quum argento viuo calefacto igne modico permiscetur, amalagma vocatur, aurifabris non incognitum artificium, & postmodum igne totum argentum viuum pellitur in auras, aut in eius conseruationem destillatione violenta recipitur in aqua frigida, placeta solis in fundo subruffa residente. Est & alia terendi auri ratio, si lamina eius super strictum orificium vasis ad hoc aptati locetur, & in vase subtus argentum viuum sublimatum, aut plumbum liquefactum super prunas teneatur, vt eiusmodi vaporem hauriat, redditur admodum friabile vt alteri facilius valeat in puluerem. Potest etiam liquatione permisceri sex aut pluribus sui ponderis partibus argenti puri, & in subtiles bracteas malleis tundi, ac aqua forti resolui, vt totum argentum in aquam abeat suo more, auro, quod ea nequit aqua solui, fundo forma pulueris nigri subsidente: qui quidem, vt reliqui omnes, salis gemmae, vel communis aqua demum in verum puluerem solui debet, vt formam deponat metallicam. Posterior hic puluis auri communis fuerit abluendus aqua, vel destillata, aut in precedentibus aceto destillato, saepius, ac dum acredinem & virus omne vaporum realgaricorum aquae fortis & salium deposuerit, quod gustu deprehendi potest. Hoc omni peracto, nec prius ad veram cum aqua vitae digestionem aptum esse putato. Restat vt in aquae vitae formula quid per anthos & cheiri sit intelligendum indicetur. Quoties de vegetabilibus fit sermo, anthos pro floribus roris marini, & cheiri pro caryophyllatis intelligi possunt. Verum si fiat mentio mineralium, anthos mumiam esse terrae putato de qua diximus, & cheiri elixae ex argento paratum. Quod superiore proximoque loco de mineralibus fiat sermo, indicant alia materialia, tum maxime quia de manipulis agitur, quibus mineralia non, sed vegetabilia metiri consueuisse medicos, cum spagiri-
ca, tum alterius medicinae certissimum est.



Fiat amalgama ex duabus partibus mercurij mundati, & vna parte solis antimonio purgati. Per corium hircinum exprimatur mercurius, quod verò non transierit, rursus vt prius amalgametur & exprimatur, idque toties, donec solis vni drachmæ, mercurij drachmæ septem, vel octo coniungantur. Pasta hæc soluatur aqua forti, ex vitrioli partibus duabus, & salis nitri parte vna facta, argenti que lamellis defecata: cuius aquæ portio sit vnciarum duarum, ad pastæ drachmas octo, vel nouem, decemve. Destillatione postmodum separetur, & rursus affundatur cohobando: ad hunc modum fit puluis rubicundissimus. Hic in vasculo figulino & fusorio positus inter prunas modicè candeat. Exemptus ac frigefactus abluatur in dulcedinem aqua rosacea, vel potius aqua vitæ, siccetur & seruetur ad vsum. Dosis esto iunioribus denarij mediij pondus: fortioribus, & adultis, denarius integer, ad obstructions, morbos intercutaneos, venereos, pestem, lepram, &c. Item ad vlcera deprauatissima: si per os assumatur, siue vnguentis & implastris permisceatur.

DE AVRI SOLVTIONE

per aquam mellis.

AVrum foliatum & purum aqua mellis resoluatur, cui addatur alcoholis correcti portio æqualis, separetur aqua mellis. Dosis eius est à scrupulo semis in drachmam vnam.

ADDI POTERVNT.

Succi centaureæ, salis nitri ana vnciæ binæ. Dosis huius est à scrupulo semis, in scrupulum vnum & semis.

EXPLANATIO, VEL AMPLIFICATIO
brevitatis processus.

NOtandum etsi hoc loco paucis admodum verbis auri præparationem ponat, à suis discipulis nihilominus intelligi, tum etiã
ab

ab eis qui vel tantillum in chemicis initiati sunt, aut Paracelsi varia scripta legerunt, potest etenim quod hic deficere videtur, vel truncatum esse, quærendum alio loco in quo dilucidius tractatur. Non est existimandum, ut quis ex vnico vel altero tractatu, aut lectura quapiam obiter facta, hunc autorem admodum grauem & obscurum intelligat. Varijs enim locis, ac animaduersionib⁹ in theoreticis intelligendum se præbet legentibus: in practicis verò manum requirit artificis ad ignem, carbones, & experimentū applicatam. Proinde sciendum per destillationem mellis, quod in sua manifesta natura alioqui mitissimum ac dulce comperitur, corrosiuam complexionem exurgere, quam non acquirit igne, sed inuersione oculi sui in manifestum. Sunt enim hæc duo contraria: ut ex contrarijs omnia condita videntur. Mel igitur corrosiuum efficitur ignis artificio, ut etiam aureum corpus præ cæteris compactissimū naturaliter, instar aquæ regię (quam stygiam vocant) resoluat, præsertim vbi primū pauco huiusmodi liquore super marmor atteratur. Alcohol correctum supra vinum correctum, vel ardens nuncupatur, cuius magisterium satis vulgare, sed industria parationis eius passim habetur varijs locis, ut nō sit opus ea tractatione replere paginas. Solūm id modo præstabimus, ut per additionem, correcti vini medicamentum aliud apponamus, ad varios pellendū morbos innouatione sanguinis.

DE AQVA VITAE PENETRATIVA.

A Quæ vitæ (quam vocant) rectificatæ quinque libris affundantur aquarum, melissæ, rosarum, cheiri, saluiæ, balsami, singulorum libra vna, piperum omnium, cubebarū, zingiberis, cinamomi, masticis, myrrhæ rubæ, macis, caryophyllorū, anayncia. Item succi mellis libra semis. Digerantur omnia simul diebus nouem. Postea separentur, & in pellicano destillentur ad spiritum. Cui po-

PARACELSI PRAEPARATIONES.

mum tostum vel assum confractum, & aromata hæc infra posita sunt adijcienda. Cinamomi, caryophyllorū, macis ana vnciæ duæ, anthes, & cheiri ana vncia semis, ambrae drachmæ duæ, musci grana quinque, zibetæ drachma semis, zingiberis, cubebarum, nucis myristicæ ana vncia vna & semis, amoni drachmæ duæ. Zeduaræ drachmæ duæ & semis, granorum paridis vncia vna & semis. Digerantur omnia super cineres calidos diebus tribus. Post digestionem separa, & serua. Dosis est granorum quinque singulis diebus.

ANATOMIAE ASTRONOMICAE

documentorum arcana quedam.

Quatuor sunt corpora, quæ inter cætera ad cœlestem anatomiam comparata, humanis corporibus maximè conueniunt, eaque bifariam repertita, vt duo viris proximè inseruiant, videlicet lignum aloes, & antimonium: alia duo mulieribus, vt melissa, & valeriana. Aquorum vsu post mensem reuolutum, viris conuenit oleum viride salis, mulieribus verò liquor carabis: quorum omnium præparationes quære infra suis locis. Eiusmodi medicamentis natura corporis humani ad armonicam temperaturam cœlesti similem adduci potest, vt ex cœli viribus innouetur ac instauretur.

EXPLANATIO.

Mirabuntur ne aduersarij, Paracelsum ponere inauditam hæcenus anatomiam cœlestem, & astronomicam, ipsumque in cœlum blasphemum esse, pro suo more non iudicabunt? Sed quid tandem efficient aliud quàm seipsum torqueant in carpendis eis arcanis, quæ ipsos fugiunt, quò magis ac magis veritati resistunt naturali. Sanè horum me miseret, qui nec infirmitatem suam noscere cupiunt, neque medicum vltro se gratis afferentem admittunt naturam. Putamusne frustra Deum nobis cœlum & elementa proposuisse,

posuisse, vel cernenda solùm absque alia consideratione, & non secus ac animantia bruta fruamur eis quæ producunt, obiterque transeamus, quod plerique faciunt? Cadaueris humani corpus in mille frustra secuisse nouaculis, sat esse medico schola docet infidelium. Verùm quos veræ medicinæ spiritus docuit, eos etiam anatomistas fecit, non cadauerum, sed magni totius naturæ compositi, & viui corporis, item & parui ad eius similitudinem, & ex eo cõditi, & substantialiter compositi, præter calybeam nouaculã. Hac de re pauca, vel nulla reperiuntur, nisi per idololatricas vmbrastradita ab infidelibus, quæ singula nedum ad Ideas, verum etiam ad fictos deos retulerunt, quos adorarunt. Christiani verò virtutes omnes, ex vnica virtute verboque Dei solo pendere confitentes, nituntur etiam ex vnico fonte, vnico fundamento, membra singula totius naturæ cognoscere ac introspicere, per vnicum instrumentum inferioris naturæ quod ignis est elementaris, & vnicum in superiori naturæ parte, quod ignis est coelestis. Quid (inquiet aduersarius) hoc noui, elementa in cœlo assignare velle, & vice versa cœlum in elementis? Vobis nouum, non veritatis professoribus philosophis. Vtinam & vobis familiare foret, anatomiam nobiscum inquireretis cùm coelestem, tùm elementarem in omnibus. Sed quo medio tandem? Date locum spiritui sancto, qui in vobis mansionem habere cupit, modò habitaculum repurgetis tanto doctore dignum & præceptore, vt fiat per similitudinem ex reformata moralitate docile. Deinceps omnia, & quæ in cœlo, & quæ in elementis, vt Salomon intelligetis, cernetisq; mentalibus vt carneis oculis. Hæc est via qua scanditur in cœlum, non solùm naturale, verum etiam supernaturale. Rursus qua ratione repurgaturus sum habitaculum hoc? Oratione primùm ad Deũ fusã, tandem sedula meditatione arcanorum eius, atque lectura sui verbi. Hinc oritur solis æterni lumen, ad videndũ lumen hoc in caducis tenebris positum. Qui solem supernaturalem ignorat, naturalem nunquam

Inueniet, qui non est aurum, sed aliquid auro, & gemmis omnibus longè pretiosius. In omnibus rebus naturalibus, quoniam vita rerum est naturalis, occultus est. Hic verò iuxta naturale vas in quo receptus fuit, variatur, ex varietate receptaculi materiae. Quodque namque membrum est vniuersi, & omnia membra simul vnum corpus constituunt. Ut igitur membra cadauerum per nouacula examinamus, vniuersi viui corporis mundi membra per ignem introspeciamus, & innotescet nobis, quam similitudinem habent singula membra corporis mundi magni, ad singula membra corporis humani paruique mundi, per signa metheoricarum generationum arte chimica productarum, suis organis & applicationibus. Quid ultra desideratur, quin Astronomicam Anatomiam intelligatis? Singula corpora hic in terris, astra sunt inferiora singulis correspondentia superioribus astris in coelo, quae formae sunt illorum. Proinde arcanum inuolutionis, vel in singulis membris apparet, vel in toto corpore, si particulares formas ad vniuersalem adducere nouerimus extra suam speciem. In isto passu caligat oculus monoculi physici. Haecenus de Anatomia Astronomica dictum sit pertransennam, quod haec peculiarem, & amplum tractatum requirat. Nunc demum ad essentias veniendum est, easque primùm quas quintas nuncupamus.

DE QUINTIS ESSENTIIS.

Postquam de rerum arcanis diximus, ad ipsarum quintas essentias veniendum esse iudicamus oportunum, praesertim quod non nihil affinitatis ratione virtutum & efficaciarum, habere videantur. Quamquam praeparatione differunt. Primò sciendum igitur quid sit quinta essentia. Substantia quaedam est ab omnibus quae natura produxit, & ab vnoquoque vitam habente, corporaliter tracta, ab omnibus impuritatibus, & mortalitate (intellige corruptione) separata, necnon ab omnibus elementis corruptibilibus segregata.

segregata. Est itaq; essentia quinta virtus, & incorrupta natura medicinam in se continens, colores, vitam, & rerum proprietates. Similis est spiritui vitæ ob immortalitatem, de qua plurimum habet: homo verò mortalis. Proinde ab huius carne vel sanguine quinta non potest haberi substantia viua, quoniam ab ipso separata, vita pariter, quæ quinta est essentia, priuantur. Non sic de rebus insensatis & vegetabilibus euenit, quæ licet à sua radice truncòve separata sint, spiritum adhuc vitæ retinent in viriditate vegetabili, quo vel insita suo, aut alieno trunco, vel indita terræ rursus pullulant ac vegetant. Caro autem aut sanguis ab animali separatus nunquam conglutinari potest in vegetam naturam, quia nihil de anima retinuerunt à separatione. Bene tamen ab eis elici poterit essentia quinta, sed mortua non viua, vt ex vegetabilibus siccis pariter non nisi mortua potest haberi, quoniam viridi succo, spirituq; suo vegetabili carent. Metalla autem non moriuntur, sed vita longa pollent incorrupta. Proinde perfectissimas exhibent quintas essentias. Ab his igitur exordium hoc loco habeant ad hunc modum, quintarum essentiarum præparationes.

DE ESSENTIA QUINTA AVRI.

AVrum cemento regali, vel antimonio purgatum, per aquam salis metallica malleabiliq; sua natura priuetur. Postmodum residua vel puluis abluatur aqua dulci, donec acrimonia salis ab eo recedat. Tinctura deinceps vini spiritu eliciatur, vt supra meminimus. Postremò verò spiritus ab ea per eleuationem separabitur, vt in fundo vasis maneat essentia quinta.

AQVAE SALIS FORMVLA.

SAl mundissimum & albissimum natura sola procreatum, & non arte factum, tritum & liquefactum aliquoties, succo radicum ra-

G 4 phani

FARACÆSI PRÆPARATIONES.

phani mixtum atque solutū destilletur. Rursum cum sanguine, dum adhuc viridis est, æquis partibus mixtum quinquies destilletur. In isto liquore lamina aurea soluuntur in puluerem, à quo sal & omne corrosiuum citis ablui se permittit facile, multis affusionibus aquæ dulcis, & euacuationibus. Nam sal in profundo nequaquam permiscetur, nec adhæret metallis.

SPIRITVS VINI FORMA.

VInum rubeum, potius quàm album, excellentissimum circulatorio vase reconditū amplissimo vt rotetur melius, balneo maris ad vini profunditatem immersum, diebus quadraginta bulliat. Postmodū effusum destilletur à cucurbita frigide, donec spiritus visibiles exeant. Cætera quære supra vbi de tinctura auri scripsimus. Nec piguit eadem hoc recensere loco, cum & autor ipse varijs locis idem at diuersimodè, quò melius intelligatur repetat, tum etiam quod excellentissimum sit præ cæteris omnibus arcanū, ad omnes ferè morbos innouatione & instauratione sanguinis propellendos.

DE ESSENTIA QVINTA METAL-

lorum omnium in genere.

Metallum in aquam resoluatur aqua soluente, dissolutumque destilletur per balneum, & abstrahatur, putrefactionibus tam diu cohobando donec in oleum conuertatur. Hoc ipsum è cucurbitulis paruis destilletur a lembico, & pars vna metalli manebit in fundo. Residuum hoc ex metallo rursus in oleum adducatur vt prius, ac destilletur, idque tam diu, donec omne metallum ascenderit. Postea putrefiat iterum per mensem. Tandem igne lento rursus destilletur. Vapores omnes ascendent ac descendent in vas recipiens, quos amouebis admoto alio recipiente. Postmodum
ascendent

ascendent obscuri duo liquores, vnus albus, alter verò iuxta metalli naturam & conditionem. Et quum prorsus ascenderint, separabuntur in recipiente per se, vt essentia quinta sit in fundo mansura, color albus verò corporis natabit superius. Ista duo separanda sunt per tritorium, & essentia quinta peculiari phiala seruanda sola. Cui demum affundatur vinum ardens rectificatum, & maneat cum ea donec penitus acuatur. Postea coletur vel separetur ab essentia quinta, & recens vinum ardens iterum affundatur. Hoc toties feceris donec acuitatem nullam percipias amplius. Postremò aquam bis destillatam affundas, qua rursus abluatur & in suã dulcedinem adducatur, tum serua. Hac via comparatur essentia quinta metallorum. Corpus vel puluerem album si reduxeris igne per liquationem, habebis inde massam metallicam, quæ iudicari nequit sub qua specie contineatur.

DE ESSENTIA QUINTA marcasitarum.

PROCESSUS noster ac modus eliciendi quintam essentiam à marcasitis, per omnia similis est ei qui de metallis. Essentijs quintis arcana longè præstantiora sunt, quandoquidem in se continent quintas essentias etiam, vnà cum suis peculiaribus arcanis virtutibus. Marcasitarum essentiæ quintæ processus hic esto.

Marcasitæ cuiusuis minutissimè tritæ libra vna, corrodentis aquæ libris duabus iniiciatur, simul in digestionem maneat duobus vel tribus mensibus, & in liquorem conuertentur. Hunc destillato per ignem, vt ascendent vapor & oleum, quæ putrefiãt vnà in vno ventre per mensem. Postea destilla vt metalla, & pariter vt in illis duo colores ascendent, albus vnus alter essentiæ quintæ. Album relinquito, nisi foret ex alba marcasita, vel stannea, tum à spissitudine cognoscas vnum ab altero. Inferiorem serua, quem ad suam

H dulcedi-

PARACELSI PRÆPARATIONES.

dulcedinem adducas, vt supra de metallis. Ad hunc modũ extraxeris quintam essentiam à marcasitis, absque virium virtutumque suarum vlla corruptione.

DE ESSENTIA QUINTA EX PRE-

tiosis lapidibus, gemmis, & vnionibus.

Quoduis horum in fragmenta crassiuscula, & non in puluerem contusum ponatur in vitreum vas affuso radicis aceto, vt quatuor vel quinque digitis latis emineat, & equino fimo digerantur per mensem integrũ. Quo tempore materia liquida fiet. Hanc alio recenti radicato lauabis aceto, perturbataque simul maneat, vt acetum lapidis vel gemmæ colorem in se recipiat. Coloratum in vitrum effundes, & ad materiam residens aliud acetum affundes priori simile, idq; toties donec amplius non coloretur acetum. In aceto colorato continetur essentia quinta, reliquum est inutile corpus. Exiccetur colorata materia bullitionibus vt exhalet acetum, puluisque remanens in fundo colórvæ, aut potiùs alchitran, abluatur in dulcedinem. Tandem eiusmodi puluis super marmor soluatur in liquorem, qui gemmarum vel vnionum est essentia quinta: horum calor est instar spissi lactis, corpus viscosum & arenosum: gemmarum vetò pro conditione sua.

DE ESSENTIA QVIN-

ta salium.

Fixiora calcinentur, volatilia tantum adurantur, & postmodum resoluantur, ac in aquam destillentur (filtro puto potiùs quam alembico) Aqua hæc in putrefactione maneat per mensem, postea balneo destilletur inde aqua dulcis abijcienda. Quod eo calore noluerit amplius ascendere, ponatur iterum in digestionem vnus mensis, ac destilletur vt prius, idque toties facito, vsque dum aqua
destillata

destillata postremò, secum adferat natiuam salis acridinem aut sal-
fuginem. Hac via habetur essentia quinta salis in fundo, & ex adu-
sta libra vix duæ vnciæ. Verùm alio modo procedendum cum alu-
mine, & vitriolo, quæ salia sunt etiam: ista nanque non sinunt se
calcinari ad fluxionem vt salia reliqua. Quapropter, ab eis destilla-
tione separandæ sunt aquæ, postmodum corpora calcinanda vel
adurenda, & deinceps suis potiùs quàm alienis aquis resoluenda, vt
ex processu præscripto auditum est, de cætero faciendum.

DE ESSENTIA QVIN-

ta ardentium.

ARdentiæ dicuntur corpora non comestibilia, picem, oleum,
aut resinam in se continentia, vt sunt terebintus, abies, larix,
iuniperus, cypressus, & reliqua vstionibus obnoxia facilioribus, &
inflammationi.

Similia trita repleant ollam fictilem, fortem ac vitreatam, coo-
pertam lutoque sapientiæ (quod vocant) munitissimam, ne respi-
ret, igne tandem circulari viginti quatuor horis vrito, successiuo
calore, sub finem tamen aucto, vt olla postremò candeat prunarum
instar. Ab igne postmodum semota materia nutricetur in fimo
septimanis quatuor, & inde mox destilletur omne quod ascende-
re volet. Hoc ipsum equino ventre digeratur, ad superfluam hu-
miditatem ab eo postmodum destillationibus, & in humationi-
bus repetitis, ac multis amouendum: idque toties dum aliquis va-
por superfluus ascenderit (balneo puto) eius tandem corporis es-
sentia quinta habebitur in fundo vasis.

DE ESSENTIA QUINTA EX

crescentibus, aut vegetabilibus.

Herbæ, frondes, flores, &c. contusa vase ad hoc apto condantur,
& in equino fimo septimanis quatuor. Postea destillentur per

H 2

balneum,

PARACELSI PRÆPARATIONES.

balneum, & rursus in fimum equinum ponantur diebus octo, ac destillentur balneo maris. Ascendet essentia quinta per alembicū, corpore manente quidem in fundo. Si quæ tamē ex essentia quinta restitissent adhuc in fundo cum fecibus, putrefiāt vt prius, ac destillentur: ad aquam hanc addatur iterum simile crescens, & pelticano digeratur sex diebus. Inde spissus liquor proueniet coloratus, qui per balneum actus destillatione recedet, corpore cum essentia quinta in fundo manente. Hanc separa per retortum pressorium à fecibus, ac digeri finito diebus quatuor. Ad hunc modum habebitur essentia quinta, spissa tamē substantia, nihilominus odore, succo, virtuteq; naturalibus, proprietates referens sui corporis.

DE ESSENTIA QUINTA AROMATUM, seu redolentium.

MViscus, zibeta, camphora, & id genus alia permisceantur oleo amigdalorum dulcium, & vitro recondita digerantur ad solem suo tempore, vel donec in pastam reducta sint. Postmodum à suis fecibus exprimantur. Hac via separatur corpus à quinta essentia, quæ oleo permixta tandem separabitur ad hunc modum videlicet. Perfundatur oleum hoc ardente vino, & in digestionem simul sex diebus contineantur. Per cineres postmodū destillentur, ascendet vinum ardens & essentia quinta cum eo, remanebit essentia quinta primum oleum, & orbatum in fundo. Postremò destilletur vinum hoc ardens per balneum maris, & in fundo manebit essentia quinta in olei forma quadam separata.

DE ESSENTIA QUINTA COMESTIBILIUM.

Comestibile quoduis minutissimè discissum in cantharo clauso bulliat per tres dies. Postea per lintheū aut setaceum exprimitur,

tur, & per balneum maris destilletur. Ascendit primò quædã aquo-
sitas, quæ dum cessarit, in fundo relinquetur essentia quinta. Hoc
est summum nutrimentum præ cæteris omnibus.

DE ESSENTIA QUINTA

potabilium.

POtabile quodcunque voles, vt est cum tota sua substantia, pelli-
canico vasi reconditum digeratur in equino fimo per mensem,
melius tamen per integrum annum, aut amplius. Reperietur in
pellicano digestū quid, hoc per balneum primò separetur, secun-
dò per cineres, tertio verò per nudum ignem. Ad hunc modū ha-
bentur essentiæ tres ab omnibus potabilibus. Quælibet peculiari
vitro seorsim recipiatur. Duæ posteriores latius balneo digeste, hoc
eodem per destillationem essentiæ primæ plus exhibituræ sunt, &
pluribus eiusmodi repetitionibus, quicquid eius habuerint.

DE ESSENTIA QUINTA

antimonij.

FLorum antimonij vncia vna & semis, cum aquarum melissæ,
vitæ circulatæ, succi chelidonæ, singulorum vncijs tribus, dige-
rantur diebus duodecim. Separatione facta postmodum balneo
maris, inuenietur essentia quinta antimonij, cuius dosis est vncia
semis. Flores antimonij quære infra suo loco.

DE ESSENTIA QUINTA

sulphuris specificata.

FLorum sulphuris libra semis, florū alborū antimonij vncia vna
& semis, succi auri vncia vna, aquæ vitæ circulatæ vnciæ decem.
Digerantur simul per mensem, & in massam duram coagulentur.
Eius vice qualibet drachma vna tantum administretur.

PARACELSI PRÆPARATIONES.

DE ESSENTIA VITRIO-

li specificata.

Vitrioli hungarici libræ duodecim, limaturarum cornu vniconis, vel eboris, & in istorum alterius defectu vel vtriusq; , spodij sumantur electi, & camphoræ singulorum drachmæ quinque. Irrigentur aqua seminis peoniæ luna deficiente collecti. Postea simul omnia destillentur per descensum, vsque ad rubedinem capitis mortui. Huius liquoris libræ duæ, sui colcotharis libra vna, alcoholis vini, aquarum chelidonæ, valerianæ, melitenæ, plantaginis, chamedrios ana vncia & semis. Destillentur omnia simul per vas retortum, vt phlegma, spiritus vel oleū simul ascendant. Phlegma tandem per balneum separetur, & per athanoreū furnum oleum rubicundissimum. Dosis esto pueris ante paroxysmū caduci morbi, phlegmatis drachma vna: viris de spiritu scrupulus vnus: senibus autem, olei grana tria.

DE ESSENTIA MERCVRII, ET

eius dulcedine.

Soluatur aqua salis nitri, & abstractu per destillationem redigatur in puluerem album, cui vase fusorio figulino excepto & prunis candentibus affundatur aqua fortis facta ex alumine & vitriolo, & abstrahatur. Puluis aqua communi destillata pluries abluatur, vt acrimoniam & virulentiam aquæ fortis omnem deponat. Postmodum affusa aqua ardens per destillationem iterum abstrahatur, idque decies. Postremò vehementi admodum igne, vt vas fermè candeat, tota humiditas abstrahatur, vt Mercurij puluis rubeat instar sanguinis, dulcisque plurimum gustu percipiatur.

DVLCEO ALIA MERCVRII, QVÆ

*balsamum eius, & hoematinavirtus, &
mumia dicitur.*

EXtinguatur mercurius ouorum aqua, quæ super suam calcem destillata fuerit, ea reducitur abstractione vt prius, in rubicundissimum puluerem admirandæ dulcedinis, per quam citissimè curat omnia cum vulnera, tum vlcera, etiam vesicæ, alioquin incurabilia, faucium quoque ex ingluuie precipitati vulgaris, optimè perfectissimeque sanantur.

DVLCEO, BALSAMVS, ET

mumia antimoniij.

Antimonium resolue cum sale armoniaco, tum demum aqua pluuiali dulcorato, ac postea exiccatum super marmor toties resoluatur, donec colorem rubicundissimum lymphidiss. ac perspicuum acquirat. Hoc medicamento fistula, cancro saque vlcera venereo morbo orta vel permixta, persanantur.

ESSENTIA, DVLCEO, BALSAMVS

& mumia vitriol.

Eius colchotaris rubedo per aquam pluuialem abstrahatur, & rursus coaguletur. Ex eo coagulato iterum vt prius extrahito rubedinem, idque quinquies, sexies, aut sæpius facito, ac donec ea materia coalescat in duritiem lapidis, qui ad motus linguæ summā dulcedinem referat. Hoc remedio syrones, & alia grauiora curantur vlcera. Maxima autem inest dulcedo vitriolo, qui excupro per chemiam elicitur.

PARACELSI PRAEPARATIONES.
MVMIA, ESSENTIA, DVLCEDO,
& balsamus tartari.

Calcinetur igne vehementissimo viginti quatuor horis. Postmodum aqua culiculæ dulcoratus exiccetur atque decies & quinquies aut sexies atque decies iterum vnà cum vino rectificato destilletur, & per abstractionem semper exiccetur. Postremò super marmor in aquam resoluatur non pinguem, neque oleosam, quæ dulcedine sua maxima persanat vlcera quæuis.

DE MVMIA, DVLCEDINE, ET
balsamo plumbi.

Calcinetur, & ex cineribus extrahatur balsamus per acetū euacuationibus, atque destillatione corpus exiccetur, & exaltetur in minium per reuerberationem, vel per aquam serpentine pictæ, in cerussam. Vlcera erit cum depascentium, & ignis perficitum prauorum omnium excellentissimum inter cætera medicamentum.

CVPRI BALSAMVS, AT-
que dulcedo.

Extrahantur ex eo flores per botim destillatum laminis eius inunctum, in quo resolutum sit prius vitriolum è cupro tractum, id est ex floribus eius per resolutionem & coagulationem in alcali. Vlcera depascentibus optimum est remedium.

FERRI DVLCEDO, BALSAMVS
atque mvmia.

Per aluminis aquam in resinam adducatur rubicundissimam, reiteratis plurimis calcinationibus, & solutionibus, seruata semper
per

per olefa pinguedine moderata. Genus omne fluidorum vlcerum, humidorum ac flaccidorum curat. Idem efficit crocus ferri reuerberati, & in suum alcool adducti.

MERCVRII DVLCEDO, MYMIA

vel balsamu.

COaguletur per colchotar, & in oleū reducatur vt supra de alijs, cum aqua parthenionis præparatum, alia balsama quæuis longè superat.

ARSENICI ET AVRIPIGMENTI

dulcedo balsamus atq; mumia.

Fixanda primò sunt per sal nitri, & fixata resoluenda, soluta in alembico sublimanda, & in pinguem aquam abducenda. Hac enim præparatione venenum amittunt, & absq; dolore depascencia cauaque persanant vlcera quæq; Sunt & alia balsama, quæ pariter ex eisdem elicere docet autor, vt ex sequentibus liquet.

AVRI BALSAMVM.

HVius foliati & repurgati drachma vna, cum olei de pino drachmis quatuor digerantur septimanis quatuor. Postmodū oleū abluet, manebit in fundo puluis, quem vnà cum tereniabin crudo poteris administrare.

*ALITER PRÆPARATUR ID IPSVM,
ad hunc modum.*

FOliorum auri drachma vna, & olei masticis drachmæ sex digerantur vnà per mensem. Separato postmodū ab oleo vt prius. Affuso tandem alcoole vini digeri finito diebus octo, & balneo separetur alcool, oleo quidem hoc vtitur septimana qualibet ter duntaxat.

PARACELSI PRAEPARATIONES.

ALIA PRAEPARATIO EIVSDEM IX

utrisque precedentibus.

Solis foliati scrupuli quatuor, cum alcoolis vini de pino, de melissa, &c. vncijs duabus, digerantur diebus quindecim. Postea butyrum abstrahatur, digeri que sinatur per mensem. Postremò verò per balneum excipiatur balsamum auri. Hoc multò maiora curat quàm vlcera.

AVRIPIGMENTI VEL ARSE-

nici balsamum.

Accendantur sub dio, propter noxios vapores & fumos, à quibus apprimè cauendum, cum sui ponderis duplo salis nitri, prunis accensis ad hunc modum videlicet. Excandescat primò vasculum figulinum fusorium (tigillum vocant) materia quoque mixta sensim iniiciatur, donec tota salis nitri substãtia suas flagrationes cum flatibus reliquerit: dorsum vento versum habeas, ne quid eius virulentia naribus aut ore haurias respirans. Tandem augeatur ignis per tres vel quatuor horas, inde fiet vt auripigmentum vel arsenicum ad butyri modum in fundo vasis liquatum conspiciatur. Frigefacta materia candens super marmor effundatur & loco humido resoluatur in liquorem, qui latius destillatione per cucurbitam rectificari potest, ad vlcera quæuis & quantumuis putrida, manantia, & infecta.

CVPRI BALSAMVM.

HOc in vitriolum est inuertendum, istud in aquam, & eius colcothar in oleum rubeum. Ambo hi liquores ad vlcera quæq; sunt excellentissima remedia.

ALIUD EX EODEM.

CVpri limati libra semis, terebinthinae destillatae libra vna, salis vulgi drachma vna, vitrioli drachmae duae. Mixta simul recon-
dantur

dantur in vase clauso tribus mensibus. Tum demum erit optimū balsamum. Ad eius drachmam vnam addi potest olei communis vncia vna. vel olei anetini drachmæ tres cum olei vitellorū ouorum drachmis duabus, & linimentum fieri.

ALIA ADDITIO.

Ad eius cuprei floris drachmā semis addatur aloes epatici drachma vna, & liquoris consolidæ vnciæ quatuor. Miscantur in formam liquoris viscosi.

CVPRI VEL AERIS BALSAMVM.

Eius laminarum libra semis, vitrioli drachmæ duæ, postquā digesta fuerint in oleo ex terebinthina destillato, rursus in oleū destillentur quod cum æquali portione olei oliuarum permisceatur, ad inueterata & maligna quæuis vlcera persananda. Hoc solo differt à præscripto, quòd post digestionem destillatur, & sal commune relinquitur. Easdem igitur pati potest additiones quas illud.

STANNI BALSAMVM.

Calx eius in aquam fortem iniicitur, & in ea tam diu relinquitur vsque dum appareant lapilli crySTALLINI coloris, vel transparentes. Deinceps humore per arenam abstracto, destillatum acetum affunditur, balneoque digeruntur ad solutionem horis decem vel duodecim, & coquuntur. Frigefacto vase quod clarum est eximitur ac destillatur. Huic exiccatae materiae destillatum aliud acetum affunditur, & coquitur vt prius, donec tota materia soluta sit. Quo percepto per destillationem acetum abstrahitur, vsq; dum in olei forma resideat in fundo. Calens adhuc materia fuerit eximenda, ne coalescat in mellis crassitiem. Expletur vt oleum ex plumbo ad vulnera recentia quæuis, & vlcera persananda horis viginti quatuor.

PARACELSI PRÆPARATIONES.

PLUMBI VEL SATVR-

ni balsamum.

EX cineribus eius vel calce, per acetum destillatum spiritus eruitur. Quæ quidem plumbi dulcedo postquam in oleum deuenit, ad vlcera nedum, sed etiam ad apostemata, & vulnera summum est remedium.

FERRI BALSAMVM,

& calybis.

CRocus fiat eius cum aceto destillato per euacuationes tincturæ, à quo postmodum eleuetur sal armoniacū octies aut nouies, inde post in suum oleum optimè dulcificatum redigatur, quo ad vlcera per infusionem vtendum erit, qualibet septima ter, vt auri balsamo, vel ferreo, singulis duodenis horis.

TARTARI BALSAMVM.

TArtari vnciæ nouem, salis petrae libra vna, calcis viuae vnciæ tres, arsenici vncia vna, contrita simul omnia in olla fictili calcinentur, calcinata soluantur aqua, & per filtrū clarificentur. Coagulentur deinceps, & coagulatum hoc ter aduratur per se, postea eum æquali pondere salis petrae calcinetur iterum, tertioque vt prius. Postremò verò ad vltimam coagulationem acetum destillatum affundas, hoc toties abstrahes igne vehementis, donec in dulcedinem abeat. Hoc oleo totum crus madesiat. Postea repletur oleum alumine calcinato per acetum extincto, vt inspissetur. Singulis vigenis & quaternis horis, cum coligandum erit absq; intermissione, donec omnis rubedo, & tumor abeant.

AD-

ADDITIO.

AD libras duas istius olei vncias duas addito dragacanthi in aqua rosarum dissoluti, camphoræ tritæ vnciam semis. Commistis omnibus inungatur crus totumque membrum, & foraminibus infundatur ex eo medicamēto pro discretione. Sanata vlcera perungantur oleo puro balsami citra vllam additionem, à cura diebus decem continuis. Singulis etiam annis aperiendæ venæ convenientes aliquoties.

MVMIAE ARSENICALIS, BALSAMI

& liquoris, triplex præparatio.

ARSENICI MVMIAE FORMVLA.

HVius albi vnciæ sex, salis fusi, colchotarisanæ vncia vnâ & semis cōmiscantur, & reducātur in secundo gradu reuerberationis tribus vel quatuor horis. Exemptum iterum tundatur, ac præparetur vt prius, idque ad minimum quinquies, quod eleuatum est semper excipiendo singulis fecibus abiectis. Addi possunt ad huius mumiæ liquorem terebotin, myrrhæ ana vnciæ duæ. Fiant in modum olei per marmoream, aut aliam resolutionem. Singulis duodenis horis vtendum.

ARSENICI BALSAMI FORMA.

EIus albi vnciæ decem, talcis vnciæ quatuor, calcis viuæ vnciæ quindecim. Fiat mixtura quæ reducatur in quartum reuerberationis gradum viginti quatuor horis. Cū eleuatus fuerit in vitri formam, eximatur abiectis fecibus, in quibus venenum remansit. Eleuatum hoc tritum vitro reconditum, vel super marmor humido loco resoluetur in oleum.

PARACELSI PRÆPARATIONES.

Addi possunt ad eius balsami drachmas tres, olei vitellorū ouorum drachmæ decem, terebinthinæ destillatæ drachma vna. Fiat mixtura, cuius vsus, vt mumiæ dictæ, singulis duodenis horis est in nouandus.

ARSENICI LIQVORIS FORMVLA.

HVius crudi & albi libra semis, salis nitri libra vna, salis gemmæ vncia semis, trita minutissimè simul omnia reducātur in apertam reuerberationem viginti quatuor horis. His ad hunc modum coniunctis, candeat adhuc arsenicus tribus horis, aucto postmodū igne liquefiat, quo percepto in aquam effundatur & extrahatur alcali. Possunt addi ad istius alcali drachmas quindecim, corticorū malorum granatorum vnciæ sex, thuris drachma vna muscilaginis de botin drachmæ tres. Fiat mixtura. Notandam hoc loco duas priores reuerberationes fieri vase clauso, ad modum sublimationis, tertiam verò aperto vase.

ARSENICVM FIXVM, ET BALSAMVM.

ADuratur per sal vrinæ, deinceps in oleum per seipsum, & super marmor conuertatur. Vlcera citissimè curat, & persanat constantissimè.

CARABIS BALSAMVM.

Vernicis ex carabe flaua decoctæ quantū videbitur expedire, herbis & floribus vulnerarijs impleatur, vt sunt pyrola minor, ophioglossum, faniacula, agrimonia, consolida maior, hypericon, &c. Florum eorundem, & prunellæ, rosarum, camomillæ, &c. addatur his ter tantū, quantū ipsa vernix fuerat, item myrrhæ, thurisque ana medietas eius, atq; mumiæ portio iuxta proportionem compositi, à digestionem tamen, & non prius, adijciatur. Inde mirabile balsamum exurget.

Eadem

Eadem vernix, si cum oleo vulnerati quopiam adiungatur, & vino decoquatur, admirandas vires acquirit.

BALSAMA VARIA DESTILLATA.

PRIMUM BALSAMVM.

Cariophyllorum vnciae decem, zingiberis vncia vna, nucis myristicae vncia semis. Destillentur ex alembico separatione in suos gradus, vt iuxta gradus morbi dolorisq; vti medicus valeat.

SECUNDVM BALSAMVM DESTILLATVM.

Olei oliuarum libra vna, thuris vncia semis cariophyllorum vnciae duae & semis. Destillentur alembico in suos gradus.

TERTIVM BALSAMVM DESTILLATVM.

Terebinthinae libra vna, petrolci vncia vna & semis. Destillentur vt supra iuxta gradus.

QUARTVM BALSAMVM DESTILLATVM

praeceteris optimum.

Thuris, masticeana vncia vna & semis, cariophyllorum vncia vna, numiae vnciae duae & semis. bdelij drachmae duae, galbani vncia vna. Destillentur omnia, & separentur gradus.

ADDITIO GENERALIS AD

praescripta.

Destilletur oleum oliuaru etiam per gradus, & ambo olea mixta simul aequis portionibus expleantur, floribus hyperici ad summum, in vitro macerentur, ac tandem vngatur vlcus extrinsecus & circumcirca sine intermissione, donec dolores sedati sint. Curetur emplastris ex calcinato.

PARACELSI PRÆPARATIONES.

BALSAMVM VVLNERARIVM ABSQVE

ultramarinis, citra destillationem.

OLei oliuarum libra semis, olei de nucibus nostratibus libra vna & semis, mumia de medullis vnciam duam, mumia pinguedinis vnciam nouem, consolidam auream, florū centauream ana vnciam quindecim. Digerantur ad solem. Balsamum hoc est excellentius (etsi careat ultramarinis) cunctis, ab antiquioribus medicis præscriptis hæctenus.

BALSAMVM EX MVMIA.

MVmia cum æquali parte mellis, admixta floribus hyperici, vase vitreo sigillato quatuor septimanis digeratur, & seruetur ad vulnera assiduò illinenda, & humectanda, vsq; dum persanentur.

BALSAMVM HYPPERICI.

SEminis hyperici quantum voles in suum oleum, vel per expressionem, vel destillationem adducito, cui terebinthinæ pondus addatur æquale, & cum optimo vino bulliant per horam. Deinceps oliuarum olei medietas etiam adiungatur, & iterum per horam bulliant vt prius. Tum demum adiungatur bona quantitas florū perforatæ, & vinum vt antea, bulliantque per sex horas, vel donec vinum prorsus absumentum fuerit: oleis & floribus ad solem digestis per mensem, balsamum hoc perficitur.

BALSAMVM ELLEBORI.

Herbam atque radicem eius contusam, in aqua propria digerantur in fimo, vase clauso & sigillato. Postea separetur humidum à putrefacto, & iterum putrefactum separetur à fecibus in singulare corpus. Tum erit balsamum in humido gradibus duobus, & viginti

ginti duobus in putrefacto. Dosis putrefacti secundum gradus, humidi verò secundum quantitatem consideretur, in administratione post primum processum. Altiùs in essentia sua potest ascendere, si præmissus processus iteratus fuerit additione recentis herbæ, putrefactioneque vt supra.

BALSAMA VARIA DESTILLATA
ex distillatis.

PRIMUM.

Terebinthinæ destillatæ libræ duæ, galbani destillati libra vna, gummi elemi destillati libra semis, rursus destillentur in balsamum à suis fecibus & phlegmate separatum.

SECUNDUM.

Terebinthinæ, olcorum lauri, oliuarum, iuniperi ana libra vna. masticis, myrrhæ, thuris singulorum libra semis. Destillentur per se quæ sunt eiusdem qualitatis, olea videlicet per se, & alia scorsim. Mixta simul iterum destillentur semel.

TERTIUM.

Adipis taxi, seu ceruini, adipis ranarum, ceræ ana libra vna. masticis libræ duæ, thuris libra semis, euforbij vnciæ tres, destillentur vt supra.

QUARTUM.

Gummi oppoponacis libra vna, galbani libra semis, ammoniaci vnciæ tres, bdelij vncia vna & semis. Simul cum aceto permixta, coletur inde acetum reliquum, destillentur in oleum. Cui addantur terebinthinæ destillatæ libræ tres, olei philosophorū libra semis, olei laurini destillati, masticis, thuris ana libra vna. Destillentur omnia simul iterum in oleum. Huic addatur rursus styracis
K liquidæ

FARACELSI PRAEPARATIONES.

Liquidæ vncia vna & semis, ranarum numero viginti, adipis taxi libra semis, aceti destillati, vini ardentis ana vncia vna & semis. Digerantur in sole, vase vitreo per mensem. Postmodum exprimantur & seruentur.

QVINTVM.

Lignorum iuniperi, fraxini, sabinæ vel tamarisci, fagini ana libra vna, arte communi per descensum in oleum destillentur, & hoc pellicano rectificetur.

SEXTVM.

Seui ceruini libræ tres, adipum felium, vrsi ana libræ quinq;. Destillentur in oleum. Huic addantur ranarum viuientium libræ quinque & iterum simul destillentur. Destillato eiusmodi addantur seui ceruini rursus libra vna, adipis taxi libræ tres, ceræ libra semis aceti quantum sufficit, & vnâ cum præcedentibus fiat vnguentum, quo ad contracturas primis diebus potissimum vtere. Postea quibusuis ex antea positis balsamis, contracta membra sunt optime perungenda singulis diebus ter, absque vlla intermissione.

Hactenus balsama seriem essentiarum interruperunt, quare ad eas, & ad entia prima veniendum esse iudicamus oportunum.

DE ESSENTIIS MERCVRII LAXATIVIS,
variæ definitiones, ex ordine triplici.

PRIMA SPECIES MERCVRII.

Sulphur continet vitriolatum, & vitriolum liquefactum.

SECUNDA SPECIES.

Habet mercurialem seuam, & laxam chinoleam.

TER-

TERTIA VERO SPECIES.

Continet mercurium metallorum præcipitatum, & mercuriū mineralium extractum.

DEFINITIONES SINGVLORVM.

Sulphur vitriolatum est quædam extractio sulphuris à vitriolo per decoctionem. Dosis eius est vt ellebori nigri.

CVIVS PARANDI FORMA HAEC EST.

Exiccetur oleum vitrioli in puluerem, sublimationibus destillationibusve, sæpius idem oleum refundendo, vehementissimo quidem igne. Postremò affuso eiusmodi oleo digeratur per mensem, ac postea destilletur. Poterit id ipsum & melius fieri ex floribus sulphuris, & ex oleo vitrioli. Dolores omnes mitigat, somnum nō impedit, & carnes bonas generat.

Vitriolum liquefactum est quod ex cupro tractum, non coagulatur amplius.

EIVS FORMVLA VITRIOLI EX CVPRO.

Cupri laminæ madefiant aqua forti, regia, vel aqua salis armoniaci, harum vna, & quum æruginem conceperint, hæc abradatur. Siccata laminæ rursus illinantur vt supra, donec prorsus consumptæ sint. Aeruginem omnem aqua communi dissolutam & per filtrum clarificatam, si quis in alcali redegerit, vitriolum ex cupro sibi parauerit. Hoc solutionibus, & cogulationibus assiduis eò fuerit adducendum, vt non coaguletur amplius, sed in liquore maneat.

Laxa chimolea, puluis est abstractus à floribus mineralium salis, cuius extractionis modū apud Paracelsum hæctenus reperiri non potui.

PARACELSI PRAEPARATIONES.

Mercurialis seu est humor ab aluminibus tractus in quibus generatur mercurius. Nec id hoc loco ponere valeo, quòd ex scriptis auctoris legere nondum contigit.

Mercurius metallorum præcipitatus, est reductio metallorum in suam primam materiam, & inde per seipsum præcipitatio.

DE HOC LEGI APVD AVTOREM

ad hunc modum:

Calcinetur metallum per mercurium vulgi, & adiungatur æquali portioni mercurij viui in sublimatorio. Maneant simul aliquandiu, donec vnà reducantur in amalgama, quod vocant. Postmodum sublimetur inde mercurius, ac iterum teratur cum dicta calce metallica, sublimetur, ac rursus terantur simul ambo, idque toties donec ista calx postremò leuiter admota lumini candelæ statim fluat vt cera. Quo percepto ponatur in digestionem suo tempore, quò transmutabitur in primam suam materiam, quæ vocatur mercurius metallorum & philosophorum, à multis quæsitus, à paucissimis verò inuentus. Præcipitationem eius in sequentibus non difficilè reperies vbi de industria chimica latius tractabitur infra suo loco.

Mercurius mineralium est oleitas quædam à mineralibus auri vel argenti tracta. De hoc lege in mineralium oleis passim in hoc opusculo descriptis. Hactenus de essentijs, ad entia prima tandem progressum faciamus.

DE ENTIBVS PRIMIS.

Primum ens generaliter sumptum, est compositum imperfectum, ad aliquem finem à Deo & natura prædestinatum, incorporatiuum, &c. Et quia perfectum non est, omne cui incorporatū arte fuerit, alterat illud, nō aliter quàm ipse mercurius. De hoc ente primo non loquimur potissimum hoc loco, quatenus adhuc est imper-

imperfectum, sed de ente primo perfecto per nostram artem, ex prioritate tamen imperfecto ente tracto, & ad instaurationis finem adducto, ut sequitur.

DE ENTE PRIMO MINERALIVM.

Mineralis auri, vel antimonij minutissime triti libra vna, salis circulati librae quatuor. Mixta simul digerantur equino fimo per mensem, inde fiet aqua. Purum eius ab impuro separetur, & purum in lapidem coaguletur. Postea vino rectificato calcinetur, separetur iterum, & super marmor solvatur. Aqua haec putrefieri sinatur per mensem. Inde fiet liquor in quo signa demonstrantur omnia, quae in ente primo auri vel antimonij latent. Non secus de mercurio & mineralibus alijs intelligendum, a quibus etiam entia prima iuxta datum processum extrahuntur, ad instaurationem & innouationem, vel alterationem vitae brevis, labilis, ac debilis, in vitam sanam & longam.

DE ENTE PRIMO GEMMARVM.

Smaragdorum, aut aliorum pretiosorum lapidum vncia vna, calcinetur sale soluto vsque ad albedinem. Postmodum solvatur in phiala sigillo Hermetis clausa, & super nudum ignem, vitro nudo ponatur, ut materia sit in altum suspensa fundumque non attingat, vsque dum a spiritali natura decidat rursus ad fundum vasis, corporalisque fiat iterum instar liquoris metallorum, aut mellis.

DE ENTE PRIMO HERBARVM vel vegetabilium.

Chelidonium, melissam, aut quamcumque aliam herbam in pul-
tes cotusam, vitro hermetice clauso digeri finito per mensem,

PARACELSI PRAEPARATIONES.

& in arena postmodum etiam vno mense. Tandem separetur purum ab impuro. Purum vnà cum sale soluto vitro concludatur vt priùs, & exponatur soli per mensem alium. Quo absoluto reperies in fundo liquorem spissum, & sal superiùs natans, hoc separato remanent virtutes melissæ, vel chelidonix in hoc ente suo primo contentæ.

DE ENTE PRIMO LIQVORVM,

aut liquefactibilem.

MInera sulphuris & sal solutum per se resoluantur prorsum in aquam. Hanc destillare quater oportet, ascendet primò sursum albedo quædam, in qua vires & virtutes entis primi sulphuris demonstrantur.

VSVS ENTIVM PRIMORVM EST.

VT quoduis eorum ponatur cum vino, tam diu donec istud ab ente primo coloretur. Tum demum eius vini dosis est pro discretione. Singulis diebus sumatur sub auroram tam diu, donec decidant, primò digitorum in manibus vngues, postmodùm ad pedes, inde pili corporis & capilli capitis, atque dentes, & postremò tota corporis cutis exiccetur, & recens nouaque renascatur. Quo quidem absoluto cessandum est ab eo medicamento. Deinceps nascuntur sensim vngues recentes, capilli noui, dentes, cutis, & omnia noua in corpore, in mente verò sincerus intellectus, & memoria tenacis. Iam ad elixira vitam longam producentia, velum inclinemus æquum est, & necessarium.

DE ELIXIRIBVS AD VI-

tam longam.

ELixir hoc loco, dicitur præseruatium quoddam medicamentum. Eius virtus est præseruatio corporis in eodem statu, in quo reperit

reperit ipsum, in eisdem viribus, & in eadem essentia. Colligitur hinc præcedere debere innouantia & instaurantia remedia, tandem conseruari his conciliatam sanitatem, & vitam per elixira. Si contingat igitur elixira sumi ab ægris, non emendari, sed præseruari tantum ne morbus progressum habeat, in deteriora.

DE ELIXIRE BALSAMI.

Balsami veri, ac optimi nobis optimè cogniti pro vero libra vna, cum auri quintæ essentiæ duab⁹ vncijs, & essentiæ circulati maioris vncia semis. Omnia simul digerantur in fimo per mensem & postea in cineribus altero mense, lento quidem igne, vt dies noctesque vapores ascendant atque descendant. Postmodum augeatur ignis, vt guttulæ vasis spondilibus adhæreant, & guttatim recidant alijs duobus mensibus. Tandem in equino fimo quatuor mensibus maneant, suamque digestionem in eo sine defectu caloris habeant. Tum demum completum erit elixir balsami, quod in spiritum vitæ hominis operatur, non secus atque fermentum in pastam, tincturam quoque viuam inserit corpori.

DE ELIXIRE SALIS.

Sal commune album, & mundissimè præparatum multis solutionibus & coagulationibus, vt artis est. Ponatur in pellicanum, cum aquæ soluentis tanta quantitate, quæ sexies pondus eius superet. Digerantur equino fimo simul vno mense. Postea separetur aqua soluens per destillationem, destillata rursus affundatur, & separetur, idque toties donec sal in oleum conuertatur. Tum demum adiungatur auri quintæ essentiæ pars octaua simulque digerantur in pellicano, ac in equino ventre per quatuor menses. Postmodum circuletur vno mense. Deinceps addatur pars altera vini

K 4 circulati,

PARACELSI PRAEPARATIONES.

circulati, & maneant in ascensione per alium mensem adhuc. Hoc temporis spacio salis elixir adimpletum erit, nō minorū virtutum in conseruando & praeseruando, quā elixir balsami.

DE ELIXIRE DVLCEDINIS.

TRoni quantum voles ponatur in pellicanum, soli que exponatur in digestionem duobus mensibus, melius tamen per aestatem. Postmodum addatur essentiae quintae auri pars quarta, & in sole circulentur ambo simul duobus mensibus alijs, elixir hoc mannae est excellentissimum.

DE ELIXIRE QVINTARVM

essentiarum.

Quintae essentiae chelidoniae, quintae essentiae melissae singularū vnciae duae, quintae essentiae auri, quintae essentiae mercurij ana vncia vna & semis, quintae essentiae croci, quintae essentiae mirabolanorum omnium vncia vna. Permista simul omnia ponantur in alembicum caecum, & maneant in digestionem solis mensibus duobus. Postmodum addatur quintae essentiae vini, & magisterij eiusdem ana vncia semis, & iterum digerantur vno mense modo quo supra. Seruato in thesaurū ad praeseruacionem & instaurationem.

DE ELIXIRE SVBTILITATIS.

Olei oliuarum, mellis, vini ardentis ana libra vna. Destilla simul iuxta chemicum vsū, idque ter. Postmodum separa phlegma totum ab oleis, quae quidem suis coloribus destinguuntur.

Colores istos in pellicanū ponas addendo, quintae essentiae melissae, quintae essentiae chelidoniae amborū tertiam alterius partem, vno mense digerantur & habebitur optimum elixir subtilitatis.

DE

DE ELIXIRE PROPRIETATIS.

MYrrhæ, aloepatici, crociana quarta libræ pars. Mixta simul in pellicano, & in arena duobus mensibus ascendant leuissimè. Separa tandem per alembicum oleū à fecibus præter adustionem. Oleum hoc vñ à cū circulato vino per mensem digeri finito, pondere quidem æquali. Seruato demum, etenim virtutibus naturali balsamo comparari potest, nō immeritò. Tantùm de elixiribus, ad magisteria tandem nos vocat animus.

DE MAGISTERIIS.

Magisterium, est virtutum à naturalibus corporibus extractio quædam, per sua chimicè præparata media. Hæc enim vires atque virtutes rerum sibi infusarum ad se, quædam potentia magnetica, per eandem artem acquisita, trahunt, ac retinent, separatis etiam corporibus, idque præter elementorum præparationem, aut quamcunque aliam eorum separationem, quàm puri spiritus ab impuro corpore, infusionibus, digestionibus, & euacuationib⁹ solummodo factam. A magisterijs igitur metallorum inchoabimus tractationem.

DE MAGISTERIO METALLORVM.

Optimè, ac ad summam suam essentiam adducto circulato, laminæ metallinæ admodum tenues, in limaturam, vel in brachæas reductæ impenantur, iuxta discretionem proportionata simul ambo, circulentur septimanis quatuor. Eo temperato laminæ reducuntur in oleum, aut in formam pinguedinis supernatantis, iuxta metalli conditionem coloratæ. Hanc per tritoriū argenteum separatam serua, est enim poculentum metalli magisterium, ex quo rem aggressus es.

PARACELSI PRAEPARATIONES.

DE MAGISTERIO

gemmarum.

Gemmae contritae calcinentur iuxta reuerberatoriã artem, cum aequali pondere salis nitri. Abluantur postmodum ardente vino multoties, donec abeat omnis acrimonia superfluaque materia. Postablutionem calcina rursum at per se, tandem per vinum, ardens euacua totam substantiam subtiliorem, hæc enim in vinũ recipitur. Postremò, per bullitionem vinum exhalare sinatur, & in fundo vasis residebit alcali, hoc in aquam dissolutum seruetur.

DE MAGISTERIO VNIONVM.

Contriti digerantur in aceto correcto per mensem, ad hunc modum in aquam resoluentur. Tandem separetur acetum destillatione per balneum, reperientur vniones in fundo vasis in modũ aquæ, quæ magisterium perlarum est.

DE MAGISTERIO MARCASITARVM.

Tritissima dissoluantur aqua soluente, quæ quatuor digitis latis emineat. Postmodum putrescant vno mense. Postremò destillatione separentur, vti de metallis dictum est.

DE MAGISTERIO PIN-

guedinosorum.

Carabis optimè triti quantum voles, cum tanto circulato quod sufficiat, in sacco digeratur per cineres diebus sex. Post eadestilletur inde circulatum, & rursum affundatur toties donec oleum reperiatur in fundo. Hoc erit carabis magisterium.

DE

DE MAGISTERIO EX RESINATIS.

Terebinthina, gummi, resinae, & id genus alia quaeque digerantur per se vitro clauso, in digestionem calidam per mensem. Postmodum in ardente vino coquantur aqua solvente mixto, media tantum hora. Deinceps per alembicum caecum stillent in se redeuntia per integrum diem. Inuenientur tandem olea a se inuicem distincta, si ea quae dicta sunt una fuerint assumpta. Postremo separentur, quodlibet enim est magisterium in sua natura. Oleorum vero magisteria non indigent aqua solvente.

DE MAGISTERIO CRESCENTIVM.

Lignum in frustula confectum, in olla fictili cooperta carbonum igne horis quatuor aduratur, exemptumque putrefiat in fimo per mensem. Deinde per cineres urgeatur usque ad ultimos spiritus. Quibus perceptis mox cessandum est, ne magisterium ab igne foetorem concipiat. Ad eundem modum semina, radices, cortices, & similia suum ad magisterium adducuntur.

DE MAGISTERIO VINI.

Vinum excellentissimum vitreo vase contentum, ut vix tertiam eius partem impleat, & hermetico sigillo conclusum, continetur in equino ventre, continuato calore mensibus quatuor. Quo tempore transacto, hyeme dum frigus ac gelu maxime viguerint, his per mensem exponatur usque dum congeletur. Ad hunc modum frigus vini spiritum, una cum eius tota substantia protrudit in vini centrum, & separat a phlegmate. Quod congelatum non est, spiritum esse vini iudicato, congelatum vero corpus, hoc abijciendum. Spiritum hunc in pellicano positum, per aliquod tem-

PARACELSI PRAEPARATIONES.

pus in arena digeratur calore temperato, suoq; tempore, postmodum eximatur vini magisterium.

DE MAGISTERIO SANGVINIS.

Sanguis in pellicano recõditus transcendat super ventrem equinum donec pellicani tertia pars impleatur. Omnis enim sanguis in sua rectificatione dilatatur, iuxta quantitatem, non autem secundum pondus. Quo percepto rectificetur per balneum. Hac via phlegmata superiora petunt, in fundo residete magisterio. Hoc retorto luto Hermetis munito, novies destilletur. Post magisteria de spiritibus scribere non erit incongruum, quòd cum ipsis nõ parum affinitatis habere videantur.

DE SPIRITV VITRIOLI.

A Vitrioli cuperosi libra vna, phlegma totum abstrahatur per destillationem, & rursus ad corpus vel feces affundatur, destilletur, & affundatur, idque pluries, vt novies, aut vt minimum quater, igne quarti gradis. Dosis eius esto scrupulus semis in scrupulũ vnum, ante & post paroxysmum, ad caducum & omnes species eius optimum est remedium.

EIVSDEM ALIA FORMA.

Destilletur igne vehementissimo novies in erecta cucurbita, semper cohobando, vel refundendo. Postremò spiritus omnes, ad modum aquæ fortis protrudantur, vsque in quartum diem. Hic spiritus priori longè vehementior erit.

DE SPIRITV VINI ET AVRI.

Vinum generosissimum in balneo per mensem, vel diutiùs digeratur, amplo vase vitreo clauso & sigillato. Exemptũ postea destilletur,

destilletur, ac tam diu donec venulae conspiciantur ad galeae medietatem propendentes, aut guttulae quaedam. Quibus perceptis, ablato mox recipiente admoueat alius, & liquoris tantundem abstrahatur ut prius. Postmodum amoto etiam hoc recipiente, & adposito alio quod reliquum est abstrahatur. Tres eiusmodi stillaticij liquores seorsim seruentur. Adhuc reliquum ex vino destilletur, usque dum in fundo vasis materia nigra & spissa conspiciatur. Huic affundatur liquor tertio prolectus, abstrahatur, & affundatur, idque tam diu donec materia spissitudinem mellis concipiat. Loco tandem humido posita lapillos edet ruffos, quos seruato. Materia rursus affundatur liquori tertio tracto, coquatur ut prius tam diu donec lapilli nulli proueniunt amplius. Tum demum collecti spiritus phlegmate abluantur, & abluti secundo tracto liquore digerantur, & exiccantur toties dum albescant. Postremo vero prima vice tracto liquore macerentur & separentur tam diu, donec fiant volatiles. Deinceps amalgama solis & mercurij vratur sulphure, & abluatur calx aqua destillata tepida, cuius vncia semis, cum vncia vna & semis lapillorum, in aqua vitae rectificata digeratur diebus quinque, & ex creta cucurbita vinum abstrahatur, ascendet aqua solis croceo colore tineta. Rursus ad feces lapilli recentes adijciantur ac digeri sinantur, destillenturque toties, donec aurum totum in spiritum resoluatur poculentum.

DE SPIRITU VEGETABILI

ex vino.

Generosissimum vinum, amplissimo vase vitreo contentum, ut capacitatis eius vix quartam partem occupet, equino fimo vel balneo digeratur diebus triginta, vel tam diu, donec super vinum conspiciatur liquor olei formam referens. Hic remisso plurimum igne separetur, donec ascendere spiritus cesset, ac iterum balneo digeratur viginti quatuor diebus, ut ex libra vna vini vix scrupulus

PARACELSI PRAEPARATIONES.

vnus eiusmodi spiritus habeatur. Est ad vitæ longæ productionem
vtilissimus, etiam ad extrahendum tincturas.

Iam de liquoribus non nihil in medium adferamus.

DE LIQVORE MARGARITARVM.

PUnerentur vniones, & aceto destillato perfusi, vt quatuor digi-
tislatis emineat, inter cineres calidos soluatur, ac balneo destil-
lentur ad siccitatem. Calci huic aqua coelestis affundatur, & rur-
sum abstrahatur ad siccitatem, idque tantisper donec puluis acri-
moniam aceti prorsum exuat. Postremò super marmor humido
loco resoluatur in liquorem: vel spiritu vini perfusus puluis dige-
stionibus, atque destillationibus in olei formam redigatur, cuius
dosis sunt grana sex.

ALIVS MARGARITARVM SVCCVS,
aut liquor.

MArgaritarum pulueratarum vnciae quatuor, cum aceti destil-
lati libra vna, & aquæ vitæ circulatæ libra semis, in circulatorio
digerantur vno mense. Ad hunc modum subsidet substantia
perlarum vt pinguis liquor. A quo separentur alij liquores, aceti
videlicet, ac vini, per euacuationem vnionū succo seruato. De quo
dentur grana sex vice qualibet. Sunt & alia succum eiusmodi pa-
randi rationem, verum hæc est omnium vtilissima.

DE QVADRVPLICI LIQVO-
re Mercurij.

Vini sublimati libra vna, antimoniij in suos flores preparati libra
semis. Cōmixta simul in arena destillentur tam diu, donec in
galea clara māserit ardens aqua, fecibus iterū affundatur ac digera-
tur

tur 24. horis. Tandem in arena rursus destillentur. Primò vinum ascendet: secundo pellucidum oleum flauum: tertio rubeum, & in fundo manet albus liquor. Primus liquor albus in fundo qui manserat, ad vlcera valet, serpigines, clauos, callos, verrucas, fistulas, cancerum, podagricos tophos, & vitia cutis omnia. Secundus & flauus ad colicos dolores, pleuresim, podagram, oris foetorem, sputationem sanguinis, spirandi difficultatem, abscessus, membrorum resolutionem ex frigore, ac similes morbos, pondere granorũ duorũ vel trium. Oleum rubeum quod postremò fluxit, extrinsecus applicatum, ad omnia quæ superius dicta sunt valet. Vinum autem quod primò separatum fuit, ad pulmonis exulcerationem, inflammationem laterum, pectoris angustiam, colicam, &c. conducit per os datum cum aqua vitæ rectificata.

DE LIQVORE TARTARI.

TArtarum ex vino albo calcinetur in albedinem, & iuxta processum olei vitrioli destilletur in liquorem. Postmodũ in creta cucurbita separetur phlegma ab oleo, & deinceps per cineres in oleum aurei coloris, ad vlcera persananda, eaquæ potissimũ quæ ex morbo venerico sumunt originem.

DE LIQVORE ARSENICI.

Arsenicum crudum & album pondere libræ semis, cum salis nitrilibra vna, & salis gemmæ vncia semis tritiss. reducatur in apertam reuerberationem horis viginti quatuor, quibus absolutis arsenicum adhuc tribus horis candeat, & liquidum in aquam effundatur, & extrahatur eius alcali.

Post liquores æquum fuerit olea ponere.

PARACELSI PRAEPARATIONES.

DE OLEO AVRI.

Postquam ab auri succo per vini spiritum prius tracto, postmodum aceto destillato mixto, quindenis diebus digestionem infra scriptam habueris, balneo maris omnia quæ fuerant apposita separentur. Hac via manebit oleum spissum in fundo, quod aurū est permixtionis experts.

DIGESTIONIS DICTAE FORMA.

In aquæ vitæ libram vnam, & alteram succi chelidoniæ, conijciatur auri vt supra soluti vnciæ tres. Mixta simul bulliant diebus quindecim, & postea separentur, &c.

DE OLEO FERRI.

Ferri vel calybis limaturæ, in oleum per aluminis aquā rubicundissimum rediguntur, vel per destillatum acetum euacuationibus in crocum, à quo sal armoniacum nouies, vel decies eleuatur, & postmodū resoluitur in oleū, aqua destillata aliquoties abluendum: ad alchimiam magis quàm ad medicos vsus vtile.

ALITER AD HVNC MODVM.

Soluantur eiusmodi limaturæ in calcem aqua forti, qua per destillationem abstracta, pluuiali sæpius aqua calx abluatur ab acrimonia corrosiuorum aquæ fortis. Exiccata postmodum affundatur acetum destillatū, & balneo maceretur ad solutionem. Postea destilletur, & aliud acetum affundatur, digeratur & abstrahatur, vt prius, toties donec materia resideat in fundo instar olei: quod quidem ad vlcera manātia, & alia quæuis præstantissimū est remediū.

DE OLEO PLVMBI.

Plumbum in flauam calcem per se aduratur, & aceto destillato perfundatur vt tribus digitis latis emineat. Coquatur ad ignem, & amo-

& amotum resideat. Effundatur clarum acetum, & recens affundatur. Cohabitationis hic processus toties iterandus est, donec plumbi dulcedo prorsus in acetum transcenderit. Collectum acetum hoc omne dulcoratum balneo maris destilletur, & in fundo residebit materia purpurea dulcis. Tandem aqua coelesti destillata perfundatur, sinatur bullire donec alba spuma superius innatet, quæ colligatur. Tum demum igni apposita materia bulliat, spumaq; alba rursus collecta cum priore seruetur. Toties hæc despumatio repetenda, usque dum spuma cessarit. Materia fundi adijciatur. Albæ spumæ collectæ balneo maris à residuo siccentur aceto, in materiam albam fundo subsidentem. Hæc iterum aquæ fortis affusione solvatur, & per balneum abstrahatur aqua, recenti simili rursus affusa, quæ ut prius abstrahatur, idque tertio vel quarto, materia reddetur eiusmodi cohabitationibus albior. Huic iterum affundatur aqua coelestis, & per balneum abstrahatur, idque quinques aut sexies, donec acrimonia tota recesserit à materia saleque saturnio, quod humido loco per fluxionem resolvitur in aquam, vel oleum ad omnia vitia validissimum remedium.

DE OLEO STANNI.

Redigatur in calcem, ad quam aqua fortis affundatur, ac simul tam diu reliquantur, donec lapilli quidam appareant clarissimi ut crySTALLUM. Deinceps omni humore per arenam abstracto, sensim acetum destillatum affundatur, ac simul balneo digerantur ad solutionem horis decem vel duodecim, coquanturque, frigefacto vase quod clarum est eximitur ac destillatur. Huic materiae exiccatae destillatum aliud acetum affunditur, & coquitur ut prius, usque dum soluta sit omnis materia. Quo percepto abstrahatur acetum destillatione, affunditur & abstrahitur, donec in olei forma resideat in fundo materia. Quæ calida adhuc eximenda est ne coalescat

M

in mellis

PARACELSI PRAEPARATIONES.

in mellis crassitiem. Expleri potest vt oleum ex plumbo, ad recentia vulnera quæuis, & vlcera per sananda horis viginti quatuor.

DE OLEO ANTIMONII.

Pluis eius, & salis gemmæ in calcem vsti ana libræ tres. Trita simul & permixta destillentur in modum olei vitrioli. Manabit oleum validissimum ad vlcera quæuis, atque putridam carnem, & mortuam à viua separandam absque vilo dolore, item ad vulnera summum remedium.

ALIVD EIVSDEM OLEVUM.

Antimonij, tartari calcinati ana libra semis, alcohol vini sesquimensura. Mixta simul per alembicum destillentur tam diu donec resoluta sint. Huius dissolutionis drachma vna, & alcoholis vini vncia semis paulatim exiccari sinantur, & postmodum super marmor loco humido in oleum resolui. Maior cura potest ad vulnera vix vlla reperiri vnquam, exceptis vulneribus in capite.

ALIVD OLEVUM EX PLUMBO, PRIORI
non admodum dissimile.

Plumbum in calcem adustum per se, in aceto destillato per duos dies in cineribus calidis digeratur, deinceps acetum effundatur, ac affundatur aliud priori simile, digeratur & effundatur cum alio, idque tam diu, donec omnis dulcedo per acetum sit extracta. Collectum id omne per balneum destilletur, vt in fundo materia salis instar alba resideat, quæ humido loco fluit ac in oleum resoluitur, ad vulnera plurimum efficax remedium, carnis expletium. Datur etiam per os pondere granorum trium vel quatuor, ad intestinorum dolores colicos, &c.

DE

DE OLEO LITARGYRII.

Perfundatur aceto destillato, & loco humido digeratur aliquandiu, effundatur & aliud recens affundatur acetum, digeratur & effundatur, ac toties donec acetum non coloretur amplius. Omne collectum acetum balneo destilletur, donec in fundo maneat oleum, ad exulcerationes, adustiones, tumores, atque dolores omnes ex nimio calore prouenientes, efficacissimum remedium. Ex eo fit etiam lac virginis, ut vocant.

ALIUD OLEVM EX EODEM.

Alumen, acetum, & litargyrium coquantur simul, donec litargyrium albescat. Iterum atque iterum coquatur, eodem processu redigetur in oleum, cuius etiam Archelaus meminit.

DE OLEO MERCVRII.

Almalgamatum cum stanno, pulueratumque sulphuri puluerato commisceatur, ac in oleum destilletur, & à phlegmate separetur.

ALIUD OLEVM EIVSDEM.

Calcinetur Mercurius aqua forti aliquoties. Postmodum abluatur aqua ardente, ut corrosiuum aquæ fortis exuat. In aceto tandem digeratur, & per filtrum clarificetur. Acetum balneo pellatur ut in aridum puluerem exiccetur album. Hic abluatur aqua chelidoniae. Postremò siccatus humido loco resoluitur in clarissimum liquorem, ad quæuis vlcera persananda.

DE OLEO MERCVRII SVBLIMATI CONTRA MORBILLOS.

Huius sublimati libra vna & semis, salis armoniaci albi, & per tartarum repurgati libra semis. Puluerentur ac sublimentur

PARACELSI PRAEPARATIONES.

ambo simul toties, donec in fundo maneant, & vt cera liquefiant. Postea huic materiae affundatur aqua salis armoniaci sola, vel ouorum aquae admixta, & iterum exiccetur, idque decies. Deinceps super marmor humido loco resoluantur. Et ad huius soluti libram semis, addantur foliorum auri & argenti, vtriusque drachmae duae, ac in vitro digerantur horis viginti quatuor. Postea balneo maris vel per cineres liquor abstrahatur, & vitro clauso humido aliquo loco & calido, resoluatur in oleum. Contra morbum venereum excellentissimum est remedium, ac ad alios ex eo prouenientes, ad cancrum, & fistulas.

DE OLEO AVRI PIGMENTI.

HVius vncia vna, & tartari calcinati vnciae tres, stratificata reducuntur in quartum gradum ignis viginti quatuor horis, ad hunc modum ipsa materia fluet, quae tandem exempta conteratur & coquatur in aqua, decidet in fundum puluis albus, qui est auripigmentum praeparatum. Hoc vitro reconditum, vel super marmor loco humido conuertetur in oleum, fistulis per siringam immittendum, vel madidis eo filis superponendum, aut puluis ante resolutionem inspergendus.

Addi possunt ad eius praeparati auripigmenti drachmam semis, resinae pini vncia vna, cerae vt omnium aequa portio fiat inde ceratum, quod fistulis applicetur.

DE OLEO SVLPHVRIS.

HVius triti libra vna, silicum contusorum librae duae. Misceantur & ex retorto vase lento prorsum igne destillentur, sit vas amplum. Febribus, vulneribus, & vlceribus optimum remedium.

ALIVD OLEVUM EX SVLPVRE.

SVlphuris libra semis, salis armoniaci vnciae quatuor, calcis viuae libra vna. Misceantur omnia trita simul, & eis aqua, in qua parū salis dissolutum sit, affundatur. Tandem ex retorto oleum destilletur, & separetur à phlegmate.

ALIVD EX EODEM.

SVlphuris triti vnciae duae, tartari calcinati vncia vna, calcis viuae vnciae octo. Mixta destillentur ex vase iacente.

VEL AD HVNC MODVM.

SVlphuris triti quantum voles, tartari salis pro discretione, perfundantur aceto destillato, ac in balsameum destillentur, ad varios morbos, per os etiam administratum, vel extrinsecus applicatum excellentissime iuuat.

DE OLEO VITRIOLI.

Siccetur destillatione phlegmatis à colchotare, hoc tritum suo phlegmate rursus imbibatur, siccetur & affundatur, idq; toties donec spiritus omnes effluxerint, quod quidem ab aciditate cognoscitur. Postea colchotar rubeum per se, vel cum fragmentis laterum ex olla iacente vehementissimo calore protrudatur in oleū rubicundissimum & obscurum, quod per arenam rectificetur vitrea cucurbita. Si verò hoc oleum suo phlegmate perfundatur, vel potius aqua ardente, multoties, & abstrahatur, efficitur admodum dulce, & à suo superfluo repurgatur sulphure alumineque, vt suae pinguedinis tantum substantiam retineat,

PARACELSI PRAEPARATIONES.

DE OLEO VITRI, VEL

gemmarum.

Terantur in puluerem, qui calcinetur dupla portione sulphuris. Tandem reuerberetur igne vehementissimo. Postmodū affundatur aqua vrticæ destillata, & simul digerantur equino fimo. Postea destillentur, ac ad feces alia recens aqua vrticæ affundatur, & abstrahatur vt prius, idque toties donec in fundo nihil resideat. Postremò autem in omnes collectas aquas destillatas, conijciatur modicum salis fusi, & oleum separabitur ab aqua. Rursum ad oleū affundatur aqua destillata, & abstrahatur sæpius, donec omnis acrimonia recedat ab oleo.

ALITER AD HVNC MODVM.

Gemmae sulphure calcinatae soluantur in aqua regia, quæ destillatione tandem abstrahatur. Postea coelesti aqua destillata in dulcedinem abluantur. Postremò affuso vini spiritu vel aceti in oleum clarum separatione reducuntur.

DE OLEO VIRIDI SALIS.

Salis cōmunis libræ tres, ocræ libræ sex, salis nitri purgati drachmæ duodecim. Commixta destillentur in modum olei vitrioli, eisdem organis & processu. Destillatum rursus ex cucurbita vitrea destilletur in cineribus, ad separandum phlegma. Cum oleo terebinthinæ, ceræ, verbasci, vel camomillæ mixtum, sedat padagrae dolores.

DE OLEO COLCOTHARI-

no vitrioli.

A Colcothare rubro trito per se, vel admixto sali, & vino destillato, si voles, igne admodum vehementi, & ex olla iacente prolicitur

citur oleum rubrum & obscurum, quod est oleum vitrioli. Postea si vis, à fecibus aleari sal ex vitriolo habere poteris. Cum folijs orientis eiusmodi oleo admixtis, simul quoque digestis, fit oleum vitrioli solificatum.

DE OLEO TARTARI.

Combustum famech, & in albedinem calcinatum, & circulatū minus, destillentur simul, vt siccissimum in fundo maneat caput mortuum, & vitrum igne candeat. Deinceps recens affundatur circulatum, & fiat quod cum priore, idque tam diu repetendū, donec circulatum dulce penitus recedat, ac vt est ex seipso non immutatus aliquo sapore. Postremò resolui sinatur per seipsum, & solutum præ cunctis omnibus erit optimum ad omne vulnus remedium.

DE OLEO CAMPHORAE.

Soluatur aqua forti, & supernatabit oleum. Hoc separatum, vino ardente perfusum, balneo maris digeratur, & igne destilletur.

DE OLEO MELLIS.

Mel cum fauis digeratur equino fimo, & in vase fictili donec materia innatans à melle separata sit. Omni hac ablata, silices minutissimi conijciantur in mel. Postea per cucurbitam destilletur primò aqua acida, deinde oleum ad vulnera curanda, & ad podagricos dolores mitigandum idoneum, optimumque medicamentum.

DE OLEO CERAE.

Ceræ nouæ libræ duæ, liquefiat cera, & calida infundatur vino generosissimo, ac frigefacta eximatur exprimaturq; manibus,

M 4 rursus

PARACELSI PRAEPARATIONES.

rursus liquata in vinum conijciatur & exprimatur, idque septies. Tandem liquatae manipuli tres fragmentorum laterum iniiciantur, & mixta simul destillentur ex vitrea cucurbita lutata, lento primùm igne donec phlegma totum ascenderit. Quo cessante mutetur vas recipiens, & igne parum aucto liquor citrinus oleum cerae verum promanabit. Vbi guttulae turbidae stillare coeperint, rursus mutato recipiente totus liquor abstrahatur. Trium istorum quodlibet seruetur seorsim.

DE OLEO IVNIPERINO.

Baccæ contundantur in pulvis, & pro libra qualibet earum affundatur aquae fontanae mensura. Macerentur vnà diebus tribus vel quatuor. Postmodum ex aenea vesica destillentur aqua & oleum simul, igne lento primùm, auctiore tandem, vsq; dum olei nihil amplius profluxerit. Quum autem videbitur liquoris tantum fluxisse, quantum aquae prius appositum fuit, cessandum erit, & oleum ab aqua separandum, ad multos vsus & morbos valde praecclarum. E fecibus ardens aqua destillari poterit aequè praestans, atque ex fecibus vini, ac magis. In vase ligneo cõtectae sinantur quiescere diebus quindecim, vt feruescant. Agitentur quotidie bacillo. Tandem è vesica destilletur vinum ardens, vt ex vino vel fecibus eius.

DE OLEO SILIGINIS.

Siligo ponatur super laminam ferream excalectam igne, & pinguedinem exhibebit oculorum doloribus aptissimam.

Post olea, non nihil de medicamentis, quae diaphoretica vocant, ponere visum est.

DE AVRO DIAPHORETICO.

AVri purgatissimi & foliati drachma vna, per essentiam vini inter duas scutellas etiam ex auro fabrefactas, ignis in athanore gradu

gradu primo resoluetur in liquorem. Dosis eius grana tria ex optimo vino bis terve sumpta.

DE DIAPHORETICO MERCURII PULVERE.

Soluatur mercurius aquis ad hunc modum paratis. Ex vitriolo solo destilletur aqua, & ex alumine etiã solo alia, seruentur seorsim. Vtrique aquae per se addatur, ad eius libram semis, aceti destillati libra vna & semis, item albuminum ouorum coctorum in duritiem librae quatuor. Vtramque aquam iterum per se bis destillato, & secundo mixtim. Et ad libram vnam mercurij, sumantur huius aquae postremae librae tres. Dissolutione facta, rursus toties destillandum est cohabitationibus, donec puluis colore flauus appareat. Postremo autem affuso vini spiritum destilletur quoties visum erit, quò sapius eò melius. Dosis est grana tria in quatuor vel quinque, ex optimo & paucò vino, vel rosarum cum electuario.

DE DIAPHORETICO OLEO dulci mercurij.

Mercurius primò per tartarum calcinatum est repurgandus, & postea sublimandus à vitriolo, sale nitro, & alumine exiccatis, & in aqua ardente vel spiritu vini digerendus, vsque dum in viscosam & pinguem substantiam abeat. Abstrahatur aqua per arenam igne vehementi, & exudabit liquor in forma lactis. Hic iterum affusus in oleum albissimum transit ac dulce, præter omnem corrosionem, cætera quæque metallorum excellens oleo. Cum sole digestum & congelatum, summum artis magisterium exhibere potest. Per os etiam administratum, exulcerationes occultas in faucibus, vesica, & in renibus per sudores expellit, ac radicitus curat.

PARACELSI PRAEPARATIONES.
DE DIAPHORETICO OLEO MERCVRII.

Mercurius cum stanno coagulatus, ponatur in scutellā auream vtcunque profundam, super acetum optimi vini natantem, & huic pulueri affundatur optimum alcool vini & in spiritum re-ctificatum. Hoc statim accendatur, idque sæpius. Omnia videlicet mercurius, stannum, & vinum in oleosam vertuntur substantiam. Dosis eius erit granum vnū, ex generosissimo vino. Stragulis multis excitetur sudor, quantum sustinere queat æger.

DIAPHORETICA POTIO

contra pestem.

Maximi præparati mercurij granum vnum & semis, theriacæ Alexandrinæ scrupulus vnus, alcool vini rubei, in quo prius apiaria herba, vel melitena macerata fuerit vncia semis, decocti prunellæ vncia vna, decocti valerianæ drachmæ sex. Misceantur & fiat potio, hæc venenum extirpat, estque medicamentum diaphoreticum ad excitandos sudores ægris. De floribus est quod etiam scribamus ex autore.

DE FLORIBVS ANTIMONII.

Huius in alcool facti quantum videbitur, ignis quarto gradu reuerberetur in suos flores, calore leui primū, tandem aucto secundū artē, vt in extractione tincturę habetur latiūs. Ad caducum & species eius est præstantissimum remedium. Dosis in accessu morbi grana nouem, in exagitatione decem & octo, cum industria, & alicui permixta liquori.

Postremò quidem, & à recessu paroxisimi post horam, vt prius grana nouem administranda sunt. Si verò morbus adhuc redeat, processus hic administrationis tertio fuerit iterandus.

DE

DE FLORIBVS SVLPVRIS.

SVlphuris, & colcotharis, vnà cum sale tosto quantùm voles, sublimatione per mediocrem ignem eleuentur in galeam cucurbitæ, coloris aurei leuissimi quæ ponderis. Post flores ad salia veniendum est.

DE SALE ANACTRON.

Genus est salis in petris nascens, velut vsnea lapidibus etiam supernascitur, nitri similitudine, sed non est nitrum à vitrarijs confectum, quod est spuma vitri. Est vsneæ simile quid, & aqua decoctum fit alumen acidum, ac deinceps vitri formam recipit, spumam quæ, &c. Falso putarunt antiqui fel vitri esse sal anactron.

DE SALE VEL ALCALI

ex argento.

ARgenti calcinati per aquam fortem, & per tartarum crudum postea reuerberati in quartum gradum quantùm libuerit, alcoholis vini quot sat esse videbitur, vel vnciæ decem, & tantundem aquæ chelidoniæ. Reducantur per euaporationem, iuxta præparationem alcalium. Dosis est scrupulus vnus in scrupulum vnum & semis.

DE SALE ANTIMONII COMPOSITO.

ANtimonij, colcotharis, florum æris ana quantùm voles. strato super stratum posito reuerberentur. Quo factò extrahatur anima vino rubeo, & inde fac alcali, quod cum oleo mixtum fit linimentum circum vlcerum orificia. Addi possunt ad huius alcali vncias tres, olei colcotharini vncia semis, olei lentisci vnciæ quatuor & semis. Fiat vnguentum quo perungatur vlcerum orificia. De specificis modò remedijs dicamus.

PARACELSI PRAEPARATIONES.

DE SPECIFICO ANODINO.

OPij thebaici drachma vna, succi pomorum punicorum, citoniorum ana vncia sex. cinamomi & cariophyllorum ana vncia semis. Trita simul omnia digerantur in alembico caeco ad solem vel in equino fimo per mensem. Postmodum addantur musci scrupulus semis, ambrae scrupuli quatuor, croci vncia semis, succi corallorum, magisterij perlaru ana scrupulus semis. His commixtis, atque per mensem integrum simul digestis, addatur quintae essentiae auri scrupulus vnus & semis. Qua caeteris permixta, anodinum specificum habebitur.

DE NARCOTICO SPECIFI-

co diaphoretico.

Zingiberis libra vna, piperis longi, nigri ana vncia vna & semis, cardamomi drachmae tres, granorum paridis vncia vna. Conterantur in puluerem, & in vitru ponantur, cum vncia semis optima tritaeque camphorae, & aquae soluentis vncijs duabus. Sigillato vitro maneat in arena digerenda, suae consummationis tempore. Separetur postmodum ab eis aqua soluens, & putrefiant vno mense, ac vna septimana circulentur. Postremo exprimantur & seruentur. Hoc est optimum & potentissimum diaphoreticum, ad omnes frigidos morbos intercutaneos tollendum, in quibus essentia quinta nihil efficit. Collatum enim annorum viginti, per diaphoreticum hoc sanatum fuit olim.

DE PURGATIVO SPECIFICO,

ve essentia specifica a.

Magisterium tartari, & magisterium vitrioli ana quantumuis commisceantur, postmodum addantur partes aequales essentiae

tiæ croci. Tum demum pellicano per mensem digerantur in arena, & in pharmacum afferentur accuratissimè. Nullo siquidem discrimine complexionum, aut qualitatum omnia purgat indifferenter. Nec dum animantia vegetare facit, verum etiam vegetabilia, vt vitrioli magisteriū, florem anthos arescentem, vel penè aridam instaurat, ac in pristinum virorem atque vigorem restituit.

DE SPECIFICO ATTRACTIVO.

Quintæ essentiæ gummi omnium, in omni genere ana quarta libræ pars, elementi carabis ignei libra vna, magisterij magnetis libræ pars octaua, elementi ignei masticis, eius etiam ex myrrha tracti ana libræ quarta vna & semis, elementi scammonæ vncia decem, aliàs sauinæ. Fiat inde ceratum cum cera communi, tragacantho, & terebinthina.

DE SPECIFICO STIPTICO.

Quinta essentia boli, quinta essentia ferri, quinta essentia cathebes ana libra vna. Digerantur in cineribus vno mense. Postea imponatur acaciæ exiccatae libra semis.

DE SPECIFICO CORROSIVO.

Aquæ fortis à capite suo mortuo rectificatae libra vna, mercurij sublimati libræ pars octaua, salis armoniaci vnciae duæ. Hæc omnia simul permixta consumi soluique sinantur. Deinceps mercurialis admisceatur aqua pondere æquali, & seruetur. Huic resistere corrosiuo vix possit adamas.

PARACELSI PRAEPARATIONES.
DE CORROSIVO SPECIFICO,
quo cutis adimitur.

Succi flammulae libra vna, cantaridum quarta manipuli semis, ignis gehennae dicti drachmae. Permisceantur vt supra. Eiusmodi cauterio cutis adimitur in lepra, morphea, serpigine, lentigine, panno faciei, & eius loco noua superducitur.

DE SPECIFICO MATRICIS.

Ficus cutis ab equo abscissus ad crura, super carbones positus, eiusq; fumus exceptus vtero menses restringit.

DE SPECIFICO MENSES PROVOCANTE.

Splen bouis castrati in suum magisterium, vel in quintam essentiam adductus.

DE SPECIFICO ODORIFERO.

Llitorum alborum, anthos, basiliconis, cardamomi, rosarum ana manipulus vnus, spicarum manipuli duo. Contundantur crassiusculè in pastam, cui addantur succi pomorum punicorum vel aranciorum duae quartae librae. Omnia digerantur in pellicano per mensem. Postmodum exprimantur ac separentur in succum à suis fecibus. Huic succo mox in pellicanum posito, addantur macis, cariophyllorum, cinamomi, ana vncia vna, ambrae vncia semis, musci drachmae duae, & zibetae vncia vna. Terenda minutissimè terantur, & in dictum pellicanum vnà cum alijs ponantur, atq; digerantur. Deinceps addantur gummi arabici dissoluti vncia semis, tragacanthi etiam dissoluti vncia vna, albuminibus ouorum vitro clauso indurescant. Mox atque visum erit in modum vitri factum, eximatur fracto vase. Habebitur specificum odoriferum: quamuis addidisse bonum fuisset aurum potabile. Etiam de pulueribus aliquid.

DE

DE PVLVERE ANTIMO-

nij rubeo.

Fiat sal primò ex tartaro calcinato, aqua tepida sed priùs destillata soluto, à turbatione quiescant, aqua tandem inclinatione separatur in aliud vas, alia simili priori affusa, ac separata toties, vsque dum in tartara nihil acrimoniae relinquatur. Collectae simul aquae per filtrum clarificatae, per bullitionem euaporent, hoc artificio habebitur in fundo sal tartari. Huius vnciae tres soluantur in aquae libra semis, & iniiciatur antimoniij triti vncia semis coquantur simul aliquantisper, aqua fit admodum clara, quae frigefacta rubescit & congelatur. Postmodum affundatur aceti modicum, & salis acrimonia cum antimoniij malitia decident in fundum. Effundatur hic liquor, & affundatur aqua dulcis destillata ac tepida saepius, donec acrimonia nulla percipiatur amplius. Tandem exiccetur in rubicundissimum puluerem. Dosis est granum vnum, vel dimidium debilioribus.

DE PVLVERE MERCVRII

coagulati.

Mercurij coagulati albuminibus ouorum vncia vna, aquae aluminis vnciae sex. Destillentur in cineribus, vt inde fiat puluis. Dosis est grana tria vsque ad quinque. Purgatiuum est excellentissimum.

DE PVLVERE CVPRI SVBLIMATI.

Cvpri sulphure calcinati quantum voles, soluatur aqua forti & coaguletur, addatur liquefacti salis duplum. Postmodum sublima reuerberando in puluerem viridem & leuem, qui vulneribus inspersus breuissimè vt perfectissimè curat.

Iam de quibusdam remedijs ad extrinsecos casus, vt sunt vulnera recentia, vlcera, & id genus alia in quibus nullum os fractum sit.

VVLNERI RECENTI CADENTIQUE.

SAmech vel tartarum in albedinem adustum, cum circulato destilletur in siccissimum caput mortuum, vsque ad excandescentiam vitri. Deinceps affundatur circulatum recens, ac destilletur, idque toties donec ab eo dulce recedat circulatum, vt est ex seipso. Postremò caput mortuum per se resolui sinatur. Hoc præ cunctis omnibus remedium est ad vulnus quodque præsentaneum.

Addi poterit ad huius dicti samech balsami portionem aliquã, æqualis ex rubigine facti balsami per eandem artem. Istis addatur olei ferri libra semis. Mixta simul omnia superponantur vlceribus, quæ lauentur in dies balneationibus conuenientibus, vt expedire videbitur. Emplastrum consolidatiuum apponatur, ligamentis optimè comprimendum in repressiõnem concurrentium: quod chirurgi sano iudicio reliquendum est.

AD MACVLAS CVTE REME-

dium extrinsecum.

ANtea de corrosiuo specifico, qua ratione cutis & maculæ sint auferendæ, modo qua via noua cutis abducenda sit audiamus.

Balsami ad vlcus proximè positi, terebinthinæ lotæ, lumbricorum, & ouorum olei ana partes æquales. His nudatam sua cute carnem lauabis omnem. Post eiusmodi curam nulla requiritur ampliùs. Istius medicamenti proprietates est, vt nouum cum noua cute colorem inducat, ac naturalem duritiem, vt prioribus maculis cõtaminari latiùs nequeat. Restat modò vt de varijs in genere præparationibus scribamus, ac primò de nonnullorum salium aquis.

AQVA SALIS GEMMAE.

Salis gemmæ libra semis, aquæ pluuiialis libra vna. Destillentur per retortum, vsq; dum tota substãtia salis ascenderit, in vas quoque submissum descenderit. Balneo vide separare si valeas.

DE SALIS GEMMAE ALCALI.

Salis gemmæ, succi titimalli, id est esulæ minoris ana vncia vna, gummi excerasis ad pondus omnium. Fiat bolus, qui reuerberari sinatur ignis tertio gradu per duas horas, & extrahatur alcali. Dosis est à granis octo ad duodecim, hydropicis administratur in ouo forbili.

DE SALIS COMMVNIS AQVIS

vel oleis diuersis.

Sal cōmune liquefiat igne, cui fragmenta laterum accensâ conijciantur, per vas retortum in aquâ destilletur, ad resolucnda metalla.

VEL.

Raphanus excauatus sale compleatur, & loco soluat in humido in aquam, in quam etiam laterum accensâ fragmenta, vt prius coniecta, extinguuntur, ac simul destillantur.

VEL.

Admiscetur sal nitri pondere æquali, tum demum ad solem exiccata, & postmodum liquata simul destillantur in spiritum.

VEL.

Aceto aspergitur sæpiùs & exiccatur, postmodū igne vehemētissimo destillatur in spiritum.

VEL.

Rori admixtum destillatur ad soluendum aurum, & ad varios morbos curandum.

DE SALE PEREGRINORVM.

Salis nitri, salis fusi, salis gemmæ ana vncia vna, galange, macis, cubebæ ana scupulus vnus. Fiat puluis. Dosis est grana quatuor manè ieiuno stomacho super frustum panis. Confortat stomachum, bonam digestionem efficit, à putredine totum corpus

O præseruat,

PARACELSI PRÆPARATIONES.

præferuat, &c. Quicumque hoc sale nauigans in mari fuerit vsus, non euomet.

ADDITIO IN VITAE LONGAE
conseruationem.

Elus præparati salis peregrinorum vnciæ tres, alcoolis vini exiccari libra semis, extrahatur alcali. Ad eius drachinas duas addatur liquoris granorum iuniperi Kist vnum. Reducatur in compositum. Dosis est granum vnum in optimo vino, nil præterea debet addi, alioqui virtus salis deperibit. Hæc salis peregrinorum structura cum eius additione Hermeti Trismegisto fuit in maximo pretio ad vitæ conseruationem.

DE SALIS ALIA COMPOSITIONE.

Salis communis libra vna & semis, thuris, mumia, hoematis ana vnciæ duæ. Misceatur cum sale quotidiano quo vsus fuerit æger, in omnibus quæ comederit. Valet potissimum mulieribus ad matricis tentiginem.

De potionibus familiaribus quas cardonia vocant, aut vinum conditum,

DE CARDONIO EX VEGETABILIBVS.

AGrimonix, saniculæ, pyrolæ, vtriusque peruincæ ana scrupulus vnus, aristolochiæ rotundæ vncia vna, herbarū pastinacæ, perdetis ana vncia vna, musti non maturi ex recenti vino centū Kist, vel ducentæ mensuræ, capit enim Kist mensuras duas, vel vnam & semis. Macerentur omnia simul & cum vino repurgentur.

De quo per medium annum bibatur, ad obscuram
& prauam tentiginem, vel noli
me tangere.

Aliud.

A L I V D.

Consolidæ regalis libra semis, aristolochiæ rotundæ vnciæ sex, diapensiæ, alchimillæ ana vncia decem, serpentiniæ minoris ad pondus omnium.

Fiat cardonium ex arte.

DE CARDONIO EX VITRIOLO.

Vitrioli optimi vnciæ quinque, suspendantur in vasis medio, viginti mensuras vini recentis capientis, repurgentur ambo simul. Eius per vicem coclear vnum assumatur. Poterit etiã id ipsum fieri cum vino veteri, & vlcerosis administrari.

DE CARDONIO EX TARTARO.

In vini recentis mensuris quadraginta, repurgetur liquoris tartari destillati libra vna, & eius coclear vnum administretur per vicem vlcerosis.

DE CRYSTALLO RE-

uerberato.

CrySTALLI libra vna, aquæ entali libræ duæ. Fiat mixtura per imbibitionem, quæ reuerberetur horis viginti quatuor, vt ex vna libra verto fiat, hoc est quarta pars libræ. Dosis est drachmæ duæ ad lactis productionem in mamellis mulierum. Addi possunt ad eius reuerberati crySTALLI drachmas duas, spermatis melissæ, lactucæ, ana vncia semis & drachma semis.

Fiat puluis per exiccationem in amygdalina propinandus aqua.

DE CRYSTALLO SVBLIMATO.

CrySTALLI vncia vna, salis armoniaci vnciæ tres. Ambo subtiliter puluerata sublimentur, idque sexies, eleuatum vice qualibet

PARACELSI PRÆPARATIONES.

amouendo. Addi possunt ad eius eleuati crystalli vnciam semis, aquæ communis destillatæ vnciæ quatuor. Fiat alcali, cuius dosis est drachma semis.

DE CRYSTALLO DESTILLATO.

CRyalli vt supra eleuati vncia vna, aquæ aluminis, & aquæ nitri sine destillatione ana vnciæ duæ. Digerantur optimè, postea destillentur. Destillatum siccat & resoluatur, postmodum coaguletur igne lento. Postremò resoluatur in aquam humido loco. Dosis est scrupulus vnus.

Iuxta prædictos processus, præparari possunt etiam gemmæ lapidæve pretiosi, vt sunt granati, saphiri, smaragdi, iacinthi, rubini, &c. cum suis additionibus.

DE CONSTRICTIVA VIRTUTE

ad omnia.

Limaturarum ferri libra semis, aquæ aluminis libra vna & semis, aceti destillati libra semis. Maneant in digestionem per mensem, abluantur postmodum, & in crocum reuerberentur. Addi possunt ad eius croci orientalis scrupuli duo, tres, vel quatuor.

DE CORALLATO VEL CORAL-

lino mercurij.

Præparetur mercurius iuxta processum eius ladani, & imbibatur aqua vitrioli rectificata, vt fieri solet in tartari spiritu. Tandem abstrahatur tam diu donec instar coralli rubeat. Dosis est granum vnum cum mitridatio vel teriaca, iuxta morbi exigentiam.

ALITER AD HVNC MODVM.

Aqua ex ouorum albuminibus destillata cõgeletur, tritum imbibatur alia, ex albuminibus & corticum ouorū dimidia parte destillata.

destillata. Rursum abstrahatur, & affundatur toties, donec rubrum & corallinum calorem induat. Vini spiritu postea perfusum digeratur, tam diu donec in eum spiritu colorem omnem exerat. Postremò spiritus hic separetur ab essentia corallina. Dosis est, tres guttæ ex generosissimo vino, ad podagram funditus euellendam, atque venereum morbum extirpandum.

ALITER VT INFRA.

Liquor aquilæ exiccatus, liquore præparati vitrioli imbibatur, & iuxta processum tartari spiritus abstrahatur, tam diu donec corallatum sit præparatum & coloratum. Dosis est granum vnum in theriaca vel mitridatio, iuxta respectum ægri, bina ternaque vice sumptum.

DE LADANO MERCVRII.

Purgetur optimo quoque modo mercurius, & sublimetur cum æqualibus partibus vitrioli & salis nitri, prius tamen cum aceto fortissimo subactus sit in pila pistillo ligneo, quò sæpius eò melius. Postea sublimetur iterum cum alumine calcinato & sale nitri, tum demum ad hanc rem erit purgatissimus. Perfundatur hic puluis aqua ardente, & abstrahatur, affundatur & abstrahatur, vsque dum in fundo maneat in olei forma albiss. Siccetur in puluerem, tundatur, & super marmor humido loco resoluatur. Postremò exiccetur & seruetur ad usum. Theriaca metallorum appellatur. Dosis eius est granum vnum cum bono mitridatio, vel theriaca vinoque præstantissimo.

DE MERCVRIO LAXO.

A Mercurio abstrahatur aqua ouorum toties donec coralletur. Eius corallati grana octo dentur in optima quaque confectio-
ne aromatica, fluxiones à sparadrapo collectas adimit omnes.

PARACELSI PRAEPARATIONES.

DE MAXIMO PRAEPA-

TATO MERCURIO.

Mercurij vel argenti viui libra vna, aceto in quo sal dissolutum sit optimè lauetur. Postmodum cum libra semis purissimi salis commisceatur agiteturq; in marmorea pila pistillo ligneo tantisper, donec sal prorsum nigrescat, argentumq; viuum absorbuerit, & non appareat amplius. Quo peracto sol à mercurio per vas retortū, orificio sub aqua merso frigida pellatur, vt omne vel quod ex mercurio purum est in aquam descendat. Hoc pluries repeti poterit, vsque dum satis repurgatus videbitur, tandem in sequenti capitello bulliat. Calx viua dissoluatur in aqua feruenti semper agitando, donec frigescat, & quod clarum est clarius per filtrum efficiatur. Colatum ad glasti cineres optimè vstos iterum affundatur, & agitetur vt prius donec etiam frigescat, per filtrū rursus coletur. Tandem in isto lixiuio mercurius antea repurgatus bulliat, & postmodum aceto in quo sal dissolutum sit, abluatur, & à sale retorto vase postmodū separetur. Deinceps eius repurgati mercurij drachma vna in aqua regia dissoluatur, & solutio seruetur. Alia drachma reguli ex antimonio soluatur in eadem aqua, & seruetur etiā seorsim. Tertia solutio sit vnius drachmæ auri foliati. Tres eiusmodi solutiones confusæ per vnicum vas retortum, & luto munitum sexies aut septies destillentur: vice qualibet id quod destillatum est, & id etiam quod sublimatum, ad suas feces rursus affundendo. Postrema destillatione quod mansit in fundo solummodo sumatur, abiecto liquore, Trita materia figulino vase cōtenta, super prunas à virulentia aquæ regiae, liberetur agitādo tantisper donec optimè rubescat. Postmodum abluatur aqua calente sæpius, vt acrimonia salium aquæ recedat. Tum demum exiccatae materiae vini spiritus, vel essentiae tantūm affundatur, vt quatuor digitis latis emineat, & vase clauso digeratur quinque vel sex diebus, singulis ter agitando.

Deinde

Deinde spiritus vini balneo separetur. Sicca materia trita, rosarum aqua musco permixta perfundatur, in eaque maneat quatuor vel quinque diebus, quouis die ter perturbato liquore, quo per balneum abstracto, materia preparati mercurij residebit in fundo, exempta vitro seruetur optimè clauso. Dosis est à grano vno vsque ad tria, & in drachmam vnam pro personarum respectu morbiq;, in aqua mitridatica, vel teriacali per os adhibeatur, ad internos morbos, & ad principalia corporis interna membra, summam in sanitatem purgandum.

DE MERCVRIO PRAECIPITATO.

Congeletur primò per aquam aluminis, & postea conteratur in minutissimum puluerem. Tandem affundatur aqua facta ex albuminibus ouorum, & calce corticum eorum ana, abstrahatur & affundatur, idque toties, donec mercurius rubescat in modum coralli. Dosis est grana tria cum scrupulo theriacæ.

DE MERCVRIO PRAEPARATO.

Soluatur in aqua forti, cui pars vna salis fusi, & fragmentorum laterum duæ partes iniectæ sint, ac rursus ex his aqua fortis destilletur, & abstrahatur bis terte. Postmodum puluis teratur super marmor aqua ardente madefactus. Iterum destilletur & soluat in ouorum atque testarum aqua. Digeratur ac destilletur, &c.

DE TRIBVS MERCVRII CORPO-

ribus, totidemq; preparationibus.

Primum corpus mercurij est, quum erumpit ex sua matrice terraque minerali. Hic mercurius vnà cum suo corpore sumitur in primam preparationem, eiusque primum vsum.

O 4

Secun-

PARACELSI PRAEPARATIONES.

Secundum est, postquam enatum, in seipso separatum, à suo crasso terreo corpore iubilat.

Tertium verò corpus est, vt præparatum igne, & in forma adusti metalli reductum apparet.

PRIMA PRIMIQUE MERCVRII PRAEPARATIO.

Minera in aqua nascitur mercurius, vt in prima sua coagulatione reperitur libra viginti terantur, & coquantur in aqua pluviali per horam. Separatur hoc medio omnis impuritas eius ad superficiem, quæ per inclinationem effundatur, & quod subsederit, corpus videlicet purum, exiccetur teratur, & per cribrum transeat. Postmodum è cucurbita destilletur igne vehementissimo. Liquor ascendet lymphidus & albus, hic seruetur, & ab eo separetur phlegma per balneum maris, & in fundo residebit quædam oleosa materia ponderosa paulò minùs ipso mercurio. Utendum hoc immature minerae succo, ad pondus granorum duorum, cum oleo spicæ granis sex, idque iuxta mercurialem vsum.

SECUNDA MERCVRII PRAEPARATIO.

Mercurium corporalem coagula cum æquali pondere stanni, fluere sinantur in aquam, cui tantundem sulphuris addatur, ac vnà destillentur. Ascendet lac oleosum & ponderosum sine corrosiuo. Hoc vtere vt supra ad vñctiones, ponderibus etiam obseruatis.

TERTIA PRAEPARATIO MERCVRII.

TAm diu fatigatur, donec omnem acuitatem in dulcedinem commutet, exuto corrosiuo, tum demum assumitur ad vsum iuxta consuetudinem artem, & experientiam.

DE

DE MERCVRIO PRAECIPITATO.

Soluitur in aqua forti facta ex duabus partibus vitrioli, & vna parte salis nitri, æquis cum aqua ponderibus, inter cineres. Postea per arenam aqua paulatim abstrahatur, donec puluis in fundo maneat siccus vt massa rubicunda. Excemptus tritusque in tigillo fictili sensim inter prunas calefiat, & affuso ardente vino rectificato, accensoque aduratur aliquoties. Tandem aqua rosarum abluatur & siccetur. Postremò ardente vino vt priùs super ipsum accenso vratur & exicetur.

DE MERCVRIO PRAEPARA-

to vel coagulato.

Coagulatur amalgamatione, vel in pastã massãve reductione, liquatis iniectus metallis, aut per aquam aluminis cohobando.

DE SPIRITV MERCVRII

ad loturas.

Mercurius per se absque vlla additione sublimatus, & postmodum ab aliquanto sale rursus eleuatus aliquoties. Postremò toties ab eo eleuetur aqua ardens, donec omnes corrosionis vires deposuerit, coquaturque in aqua persionis vel chelidoniæ per dimidiam horam, sola coletur aqua in quam spiritus mercurij translatus est, hoc solo in aquis delitescente tutissimò quis vti poterit, ad morbos venereos abluendos extrinsecus.

DE MERCVRIO AD FVMI-

gandum assumpto.

Sulphure primùm est mortificãdus, vti præparatur ad parandam cinabarin, & eleuandus postmodũ ab æquali pondere salis petrae, cautè tamen & igne lento primùm: sed suaderem vt permixta

P

priùs

PARACELSI PRÆPARATIONES.

priùs in candens vas figulinum sensim conijcerentur, ad flatus & flagrationes salis nitri extinguendum, ne tumultu bombardico, non sine astantium periculo, erumpant. Postea habeatur figulinū vas in forma phialæ vitreæ, angustū superiùs orificij, & in ventre sit ostiolum, per quod modicæ admodū prunæ immitti queant, vt vix calor percipiatur, sed lentus vapor. His vel tantillūm pulueris eleuati mercurij inspergatur, & vlceris centrum è directo vasis orificij tenendū, vt solus vapor inuisibilis subintret, nullo modo corpus eius mercurij, neque fumus.

DE MERCVRIO LAXATIVO.

Mercurij coagulati albuminibus ouorum vncia vna, aquæ aluminis vnciæ sex, destillentur in cineribus, vt inde fiat puluis. Dosis est grana tria in quinq;. Purgatiuum est efficacissimū, venereo morbo præsertim infectis, cui totus mercurius constellatus est.

DE VARIIS MEDICAMEN-

tis in genere.

VENENVM PELLENS REMEDIVM.

Coralla rubea trita pondere duarum drachmarum, aquæ ligustici libra semis, vitrioli albi drachmæ duæ vel tres, digerantur igne secundi gradus vno mense, quod rubcum erit extrahatur euacuationibus & coaguletur. Quum ad venenum est vtendum, spiritus eius à corpore est separandus, vt venenum etiam corpore caret, remedij sola tinctura existens in fundo sumenda.

DE VINO ALCALISATO AD

extrahendum tincturas.

Destilletur vinum generosissimum, non adulteratum, in aquam ardentem rectificatam. Hæc amplo vase vitreo sigillato contenta,

tenta, non profundius quàm eius in vase designat superficies, aquae balnei immergatur, sinaturq; diebus octo digeri. Tandem eodem calore destilletur, donec in galea signa quaedam appareant, quibus perceptis cessandum est à destillatione spiritus, amouendumq; recipiens vas. Admoto alio phlegma totum excipiendum, vel præter destillationem igne pellendum, vt in auras abeat, materiaque maneat in fundo spissa mellis instar. Ab ea lapilli proliciendi, vt in extractione spiritus vini supra narratum est. Ad vnciam semis lapillorum, addantur vnciæ duæ spiritus supra tracti, simulque diebus viginti quatuor digerantur in cineribus, & postea destillentur, destillatum rursus affundatur ad feces, & abstrahatur toties, donec sal totum ascenderit vnà cum spiritu. Hoc alcalisato possunt extrahi tincturæ quæuis.

VITAE LONGAE PRODUCTI-
uum & conseruatiuum.

FOliorum sectarum, vel macis, vncia vna, foliorum dauræ vnciæ quinque, essentiarum auri, perlarū ana vncia semis, croci, chelidonix, melissæ ana vnciæ quinque. Mixta simul omnia in compositum vnum organis vitreis, vt artis est, seruentur in vsum.

ALIUD VITAE LONGAE
conseruatiuum.

FOlia ellebori nigri flatibus venti subsolani, vel orientalis ad vmbra exiccata, terantur in puluerem, & æquali pondere sacchari albi & puri mixta seruentur in vsum. Dosis veteribus fuit singulis diebus manè drachma semis, anno primùm quinquagesimo incipientibus vti, vsque in septuagesimum, & inde vsque ad octuagesimum, ac vitæ residuum, sexto quoque die drachmam sumpserunt

PARACELSI PRAEPARATIONES.

integram (amo nihilominus trecentorum & sexaginta quinque dierum numero comprehenso) centenaria aliquot eorum transegerunt, absque languoribus & corruptionibus.

VITRIOLI SVMMA PRAEPARATIO.

ab Separatur spiritus eius à suo colcothare, & additur æquali ponderi spiritus vel alcoholis vini. Postea commiscentur ambo spiritus pani ex filigine recens cocto, & ad ignem tosto. Simul equino fimo digeruntur vno mense. Postmodum separantur liquores omnes à hoc pane mixto per cineres, & postea calore primi gradus balnei separatur alcohol à vitriolo. Statim atq; suam acetositatem deposuit vitriolum, nullius valoris efficitur, quòd vita sua destituitur.

ALIA VITRIOLI PRAEPARATIO LEGITUR infra, vbi de cura guttæ & siphitæ strictæ agitur inter morbos.

CONSERVATIVVM SANITATIS OPTIMVM.

Sulphuris vnciæ quatuor, croci orientalis, mirabolanorum, chebulorum, belliricorum ana vncia vna, olei granorum iuniperi, quod satis est ad incorporandum. Igne suavissimo sublimetur sulphur in suos flores. Addi possunt ad eius eleuati sulphuris vnciam semis, myrrhæ rubæ, croci orientalis ana drachma semis, & scrupulus vnus, aloepatici ad pondus omnium. Dosis est scrupulus semis vsque ad scrupulum integrum.

SULPHVRIS ELEVATIO CONTRA
pleuresim & pestem.

Sulphuris viui, colcotharis, salis fusi ana libra vna, trita simul re-
ducantur in eleuationem, & sublimatum rursus eleuetur qua-
ter

ter aut pluries, quò sæpiùs, eò meliùs. Addi possunt ad sulphuris eleuati huius vnciã semis, olei nucis myristicæ vel muscatæ drachma vna, aquæ veronicæ præparatæ ad pondus omnium. Fiat haustus.

PRAESERVATIVVM CONTRA PESTEM,

& ad varios morbos curatiuum, in electuario iuniperi.

Baccæ maturæ mense Septembri lectæ, tundantur in mortario pultium instar vel pastæ. Coquantur in aquæ fontanæ iusta quantitate, vel in vino semper agitando vsque dum satis videbitur, & per lineos sacculos densos exprimatur succus sub prælo: meliùs tamen fuerit non addere vinum, neque aquam si modo recentes & succi plenæ sint bacca. Succus eiusmodi coletur per pannum mundũ, & igne lento rursus excoquatur ad iustã spissitudinem. Coquendum inter agitandum est assiduè ne sapiat adustionem, néve cfferueat. Postmodum aromaticis condiendũ est, alioqui nequit perdurare. Dosis est adultis coclear vnum, iunioribus verò dimidium, contra varios morbos, colicam, arenam, & id genus alios. Aëri pestifero plurimùm resistit, est enim valde præseruatium.

DE AQVA TARTARI

Destilletur tritum, & per se solum igne violento admodum in liquorem obscurum, qui pellicano rectificetur ac separetur. Cum æquali pondere aquæ vitæ rectificatæ mixtus, administretur pondere guttarum decem vice qualibet.

POTIO QVAEDAM EX ELLEBORO,

ad medicinam vt ilissima.

Radicum ellebori conscissarum in frusta grandiuscula vnciæ duæ, carnium pro arbitrio electarum quarta pars libræ, aquæ

P 3 nucis

PARACELSI PRAEPARATIONES.

nucis muscatae vncia vna, macropiperis aquae tantundem vt istius postremi, clauso vase digerantur in aqua bulliente horis decem. Quod humidum est eius effundatur ac seruetur, abijciatur quod reliquum fuerit. Iusculum administretur pro necessitatis exigentia, personarumque respectu, non tamen plus aequo, neque minus. Iam ad emplastra veniendum esse video.

EMPLASTRUM OPTIMUM.

Cerae mellitae libra vna, visci praeparati, mumiae ex cruribus ana vnciae tres & semis, pulueris parthenionis, chelidoniae ana vncia vna. Fiat ex his omnibus emplastrum.

ALIVD.

Cerae mellitae, terebinthinae, visci praeparati ana libra vna, olei lini librae tres, litargyrii praeparati, calaminaris praeparati ana libra vna. Coquantur in emplastrum.

EMPLASTRUM STICTICVM QVA

ratione fiat attractivum.

Adantur quaecunque vires attractiuas habent, asphaltum, & carabe, quae lignum attrahunt, paleas, & fragmenta pannorum. Magnes attrahit ferrum. Stannum & amethysti coloratiores attrahunt cuprum. Alabastrum attrahit plumbum, & lapides. Gummi, terebinthina, & asphaltum attrahunt carniem & ossium frustula. Serpentina verò est omnium attractiua. Haec etsi peculiare attrahendi facultates habeant, simul iuncta nihilominus, & vnguentis permixta, vulneribusque applicata cuncta trahunt.

EMPLASTRA CVM VLTRAMARINIS.

HAud praetermittere volo (inquit autor) ex vltamarinis etiam aliquot emplastrorum formulas addere, licet minus dignas, quae

quæ cum alijs à me præscriptis absque vltamarinis, prodant in lucem, vt tamen comparatione per experientiam facta, pateat error antiquorum, habete.

EMPLASTRVM ANTIQVORVM.

OLei oliuarum libra vna, cere libra vna & semis, litargyrij libræ duæ, coquantur in ceratū & adde thuris, masticis, myrrhæ ana vncias duas & semis. Commisceantur & adijce minij vncias tres. Malaxentur cum oleo anethino, vel ex verbasco, vnà cum vncia semis camphoræ.

ALIVD.

OLei oliuarum libra vna, masticis, thuris, myrrhæ, oppopanacis, serapini, storacis, bdelij ana vncia vna, coquantur in forniam. Postmodum addatur ceræ libra vna, calaminaris præparati libra semis. Coquantur in ceratū, & malaxentur cum oleo & camphora, vt supra.

CONTRA PONAM ALIVD ABSQVE

vltis vltamarinis, ex meo.

Ceræ nouæ libra vna, salis parthenionis, mumix medullinæ ana vnciæ tres, liquefiant igne & componantur.

Inspice quæso lector huius postremi sinceritatem, & paucitatem ingredientium, quam confer cum præcedentium vltamarinorum labyrintho, & confusione receptorum, à Galenicis (non sine correctione mea tamen) præscriptorum, ac singulis vbi ex vtraque parte fueris vsus, iudicato.

PARACELSI PRÆPARATIONES.
EMPLASTRA STICTICA DIVER-

*sa fodicorum vulnerum & ulcerum cauernoso-
rum ac profundorum.*

Ceræ, litargyrii ana libra vna, calaminaris, colophonæ ana vnciæ duæ & semis, olei communis libra vna & semis. Liquefiant igne modico simul colophonia, oleum, & cera, postea litargyrium & calaminaris in puluerem trita sensim iniiciantur, & coquantur in emplastri spissitudinem incombusta. Postmodum addenda. Oppopanacis, serapini, bdelij, ammoniaci, galbani ana vncia vna. Præparentur tamen, id est in aceto coquantur priusquam alijs admisceantur. Additio secunda hæc est. Corallorum alborum & rubeorum, mumia, myrrha, thuris ana vncia vna, antimonij vncia semis, croci martis drachmæ duæ. His pulueratis admisce partem larignæ, & mastice, liquata simul omnia effundantur, oleo quoque hypericonis & lumbricino, cum additione vnciæ semis camphoræ malaxentur in emplastrum & seruentur. Nec est quod isto, sub lunari globo quæras excellentius neque præstantius.

ALIUD STRICTVM EMPLASTRVM.

Galbani, oppopanacis ana vnciæ duæ, ammoniaci, bdelij ana vnciæ tres, terantur minutissimè, & in olla fictili vitreata posita, nec non aceto forti vinaceo perfusa macerentur vno die naturali. Postmodum igne suauis carbonum coquantur, vt gummi sensim liquefiant, & in saccum effusa colentur, exprimantur & separentur à fecibus. Colatura hæc rursus bulliat in olla ad euaporationem aceti semper agitando, ne gummi aduratur seruentur tantisper. Deinceps ceræ nouæ libra semis, olei oliuarum libræ duæ sensim liquefiant in olla, tandem iniiciatur litargyrii triti libra vna & semis. Agitentur omnia simul vt permisceantur, & spadicei coloris

ris fiant. Tandem gummi prius cocta seruata iniiciantur, pro quantitate nucis vice qualibet, quousq; mixta colliquataq; sint omnia. Videndum interea ne plus æquò calefcant, ac efferueant, cum ex propria natura gummi calida sint.

Postremò tandem addantur, vtriusq; astristolochiæ, calaminaris, myrrhæ, thuris ana vncia vna, terebinthinæ puræ vnciæ quatuor. Coquantur agitando summa cum diligentia. Postea bacillo intincto guttulæ in aquam frigidam stillare sinantur, si digitis adhæserit materia, mollisque fuerit, diutiùs coquantur donec durefcet. Tum demum ab igne deposita in magnam peluim aqua plenam effundantur, & oleo camomelino vel rosaceo malaxentur horis tribus, vel quatuor, & seruentur in vsum. Quadragesimo post compositionem anno, æquè bonum erit atq; recens emplastrum.

VSVS ET VIRES HVIVS EMPLASTRI.

VLcera vetera & recentia exiccat, mundificat, carnem bonam producit, consolidat, persanatque, vna septimana magis quàm aliud integro mense. Putrefieri non sinit quod bonum est, neque malam carnem excrefcere. Neruis truncatis vel cõtufis optimum est remedium. Ferrum, lignum, plumbum, & alia quæque è vulnibus extrahit. Venenosorum animalium morsus & ictus periculosissimos curat. Apostemata quæquæ maturefcere facit. Contra cancrum, fistulam, ignem persicum, & similia præstantissimum est medicamentum. Dolores in summa mitigat omnes.

DE VIRTUTE EXICCATIVA IN OMNIBVS.

Limaturæ ferri libræ duæ, aquæ vitrioli libra semis, macerentur eius mense. postea reuerberentur in crocum. Addipossunt ad vno præparati vncias tres, balauftiarũ drachma vna, succi de acatijs ad pondus omnium, fiat electuarium.

Q

Post

PARACELSI PRAEPARATIONES.

Postemplastrastictica est quòd ponamus experimenta varia,
cum ad vulnera, tum ad quæuis vlcera, & quantumuis maligna.

DE VARIIS COMPOSITIONIBVS, ET

experimentis ad omnia vlcerum vitia.

Olei mirtini, ceræ, minij ana libra vna & semis, cinabaris, florū
æris, mumia ana vncia vna, aloepatici vncia vna & semis, op-
popanacis vnciæ duæ, terebinthinæ libra semis. Fiat vnguentum.

SECUNDVM EXPERIMENTVM.

Florum æris libra vna, olei anethini, ceræ communis ana libra
semis, colofoniæ vnciæ quatuor, olei laurini vnciæ duæ, tere-
binthinæ libra semis, mumia, masticis, thuris ana vnciæ duæ, sera-
pini, galbani ana vncia vna & semis. Fiat emplastrum ex arte. Ma-
laxetur oleo verbasci.

TERTIVM EXPERIMENTVM.

Spumæ saturni, ceræ rubæ, olei ana libræ tres, chelidoniæ, serpen-
tinæ, guttosæ ana vncia semis, masticis, oppopanacis, myrrhæ,
mumia, galbani ana vncia vna, aristolochiæ rotundæ, thuris, am-
moniæ ana vncia vna & semis, terebinthinæ vnciæ sex. Fiat em-
plastrum, quod malaxetur oleo de spica, vel oleo de lumbricis ter-
restribus.

QVARTVM EXPERIMENTVM.

Ceræ medionis libra vna, colophonæ vnciæ quatuor, coralli
vtriusq; , magnetis, calaminaris lapidis, carabis, antimonij ana
vncia vna, mumia, thuris, myrrhæ, masticis ana vncia vna & semis,
Fiat emplastrum, quod malaxetur cum oleo de camphora.

EX-

EXPERIMENTA DVLCIA QVATVOR.

P R I M V M.

MVmiae quantum sufficit igne tertij gradus aduratur in vitro, postmodum aperto vase per euaporationem exiccetur in puluerem.

S E C V N D V M.

MVmiae, quod satis videbitur, affunde olei vitellorum ouorum quantum voles, aut vtriusque vnciae quatuor, exiccetur primò vt supra, & secundò per descensum iterum in caleem reducantur.

T E R T I V M.

MVmiae probè contuse quantumuis, & olei lini tantundem, per duos dies digerantur. Postea affundatur alcoholis vini tantum vt amborum pondus referat. Biduo macerentur, & postmodum euaporatione vini siccet materia & seruetur.

Q V A R T V M.

MVmia aduratur in cinerem, vsque dum alium colorem acquirat, & ex eo paretur lixiuium, quod in siccitatem excoquatur, & consolidetur.

ALIA DVO EXPERIMENTA EX
carabe, vel succino.

P R I V S A D V L C E R A D E P A S C E N T I A.

CArabis, & petrolei, vtriusq; quantum videbitur, coquendo soluantur in liquorem, qui deinceps exiccetur.

A L T E R V M A D V L C E R A C A V E R N O S A.

Carabe destilletur artificiose, & exiccetur iterum.

PARACELSI PRÆPARATIONES.
EXPERIMENTA DVO EX MYRRHA,

foetidis vlceribus curandis.

Myrrha digeratur in alcoole vini quinque diebus, & exiccetur.

ALTERVM.

MYrrha cum tragacantho per descensum destillata prius exicce-
tur. Hoc puluere genus omne putridorum vlcerum persana-
tur à radice ad superficiem.

Iam ad vnguenta calamum applicemus.

VNGVENTA AD VLCERA, EX

venero morbo profluentia.

LItargyrij, minij ana vncia semis, olei mirtillorum vnciæ tres,
aloeepatici vncia vna & semis, florum æris præparatorū drach-
mę tres, terebinthinæ drachmę duę. Fiat vnguentum per deco-
ctionem.

ALIVD AD OMNIA SIMILIA VL-

cera venerea persananda.

Olei de mumia vnciæ tres, & drachma vna, florum æris drach-
ma semis, mastices, myrrhę, thuris, mumię ana vncię duæ & se-
mis, aloepatici quantum sufficit, terebinthinę lotæ vncię tres &
semis. Fiat vnguentum, &c.

ALIVD AD EVNDEM EFFECTVM.

ARgentum viuum, per salis nitri vires, in olei formam adduca-
tur, & tum demum vnguentis permisceatur, & quantò magis
ex venere sunt orta, tantò citiùs curat vlcera.

VNGVEN-

VNGVENTVM AD OMNIA VVL-

*nera totius corporis, intestinorum vulneribus
dumtaxat exceptis.*

AXungia, butyri ana libra vna, liquoris parthenionis, consolidæ aureæ, consolidæ maioris ana vnciæ quatuor, serpentariæ, plantaginis ana vncia vna & semis. Omnia simul mixta veteri suo more decoquantur ad vnguenti vel butyri formam. Addantur visci lumbricorum vncia semis, medullæ bouis vnciæ tres, mumiæ nostratis vnciæ quatuor, ceræ quod satis sit ad vnguentum in formam reducendum. Vestra iam voluite reuoluiteque recepta, vestra scripta legite (inquit Paracelsus) videte Galenici, num ipsa simul omnia, hoc vnicum à me iam positum virtutibus æquare valeat.

ALIVD HABETE.

BVtyri crudi, mumiæ, medullæ ana libra semis, aristolochiæ rotundæ, consolidæ aureæ ana vncia semis. Ex permixtis liquoribus fiat vnguentum. Iterum videte si huic vnico vestris omnibus receptis oculum eruere valeatis. Verùm ne fortè existimetis me vos Helueticis vnguentis tantùm expeditos velle (quæ nihilominus in plurimis exercituum cōflictibus, cuncta vestra medicamenta, chirurgosque vestros pudefecerunt) hoc etiam atque etiã perlegite, inquit Paracelsus.

ALIVD VNGVENTVM PARACELSI.

MEllis crudi libra semis, succi parthenionis, peruinæ, pyrolæ singulorum vnciæ quatuor & semis. Inde mixturam in vnguentum facite.

ALIVD EIVSDEM AVTORIS.

MEllis crudi libræ sex, visci consolidæ maioris libræ duæ, croci martis libra semis. Permisceantur in vnguentum. Si præscri-

PARACELSI PRAEPARATIONES.

pta iam à me recepta præ manibus allata sumpseritis, quod non facile feceritis ob odium, tum primùm intelligetis ab experientia, quàm enormes errores commissi fuerint olim in vestris. At si fortasse hæc nostra iam posita minùs digna videantur, quàm vt recipiatis (quæ communis est Atheniensis doctrinæ sectatorum conditio, vt quò meliora quæquæ fuerint, eò minoris facere) iam iam altiora vobis proponam, vt fat sit vobis quod contemnatis.

EN ALIVD EIVSDEM.

Terebinthinæ, olei lini ana libræ tres, florum aris, croci martis, salis fusi ana vncia vna, liquoris parthenionis vnciæ quatuor. Coquantur in spissitudinem satis corpoream. Et quamuis ego hoc vnguentum non vocem balsamū, vt vestra est consuetudo, nihilominus quotquot habetis balsama cōferte, quibus huic vnico meo recepto rursus oculum eruite, si valetis: ait autor.

ALIVD EX EODEM AVTORE.

Terebinthinæ, mellis cocti, succi parthenionis, serpentariæ ana libra vna. Coquantur simul in suam spissitudinem.

In hisce meis receptis quærite, si corpus vnicum vltamarinum inueniatis. Dico certoque certiùs assero vestris illis vltamarinis, pùs impositum fuisse hominibus ægris, quàm probè cum ipsis actum. Cæterùm credite mihi fideliter asserenti, Græca, & Arabica recepta regiones alias omnes præterquàm suas perditissimè seducere. Hæc Paracelsus.

ALIVD EIVSDEM AVTORIS RECEPTVM, IN
quo mumiæ potentissimè dominatur, ad omnium
vulnerum curam.

Olei anethini, lini ana libra vna, terebinthinæ lotæ vnciæ tres, carabistriti vncia vna, colcotharis, croci martis, florū eris ana vnciæ duæ. Fiat viscus.

ALIVD

ALIVD SIMILE EX EODEM.

Olei ouorum vnciae decem, olei nucum libra vna, olei lini vnciae semis, carabis contusi drachmae duae. Coquantur in viscum, & addatur visci consolidae maioris, & lumbricorum ana vncia semis. Quid opus multa variaque me recepta ponere latius, cum duo, vel tria tantum eorum quae praescripsi, ad omnium vulnerum genera sufficiant. Mihi magis tribui posset inscitiae quam laudi. Sed antea factum ea de causa putetis, quod constet omnibus palamque fiat, vestra & non mea contemtu digna potius esse quam lectu. Minimum siquidem eorum quae praescripsi, omnia quae vos scripsistis aut scribetis vnquam, ex eo fundamento, excellat. Sed quod varia chirurgorum capita sensuque diuersi, vt vni placeat illitus, alteri potio, tertio frixum vel assum, quod omnium appetitibus satisfiat, haec plura notate quae sequuntur: satiate vos in omnibus.

VNGVENTVM MVNDIFICATI-

uum & corrosiuum.

Mellis syluestris libra vna, aloepatici vncia vna & semis, aluminis vsti & aceto aliquoties extincti vncia vna, ouorum vitelli numero viginti terebinthinae libra semis. Agitentur omnia simul in pulstem, & lente coquantur in sartagine munda, ad formam vnguenti subnigri vel spadicei coloris, quo quidem ad extrahendum virus ex omnibus vitijs, atque defectibus vtendum.

VNGVENTVM ATTRACTIVVM

PYra pinea ex abiete recentia vel coni numero viginti, coquantur in aqua ad extractionem resinae, separetur, & addatur aequali portioni terebinthinae, ac medietati alterius partis resinae. Bulliant simul in vnguentum.

TARACELSI PRAEPARATIONES.

VNGVENTVM ALIVD AD EVN-
dem effectum.

GVmmi oppopanacis vncia semis, serapini, galbani, ammoniaci ana drachmæ duæ, bdelij drachmę sex. Soluantur in aceto, & colentur, ac addantur reubarbari drachmæ duę, ephemeris non lethalis radicum drachma semis, carabis vncia semis. Trita reducantur in vnguentum pro more solito.

VVLNERVM STICTICA FODI-
catorum vnguenta varia.

PRIMUM.

CEræ libra vna, picis Gręçę vncię tres, igne lento carbonum liquefiant, & sequentes pulueres iniiciantur, carneoli, corallorū rubeorum & alborum, magnetis, calaminaris lapidis ana vncia semis, carabis, masticis, thuris, ana drachmę sex, myrrhę, mumię ana vncia vna & semis. Contusa minutissimè sensim iniiciantur & successiue, & optimè permixtis omnibus adijciatur vncia vna & semis terebinthine, semper agitando quousque frigescant. Malaxentur postmodum axungia titimalli piscis. Vnguentum hoc nedum ad vulnera, verum etiam ad vlcera quæuis est efficacissimum.

SECUNDVM VNGVENTVM.

CErę virginieę, picis Gręçę ana libra vna, terebinthine vncię tres, liquefiant igne lento super prunas, quibus commisceantur infra positi pulueres. Masticis vncię tres, carabis flauis vncia vna & semis. Permixa simul omnia coquantur leniter ad quartam horę partem, & mox addantur mumię vncię duę, thuris, myrrhę ana vncia semis. Coquantur in vnguenti formam semper agitando,
malaxen-

malaxentur postmodum axungia dicta, camphoræ tamen vncia semis admixta.

VNGVENTVM STICTICVM TERTIVM.

CErę libra, colophoniam, picis nigrae communis ana vnciae tres. His liquefactis gummi ammoniaci vnciae duae injiciantur, bdelij vncia vna, magnetis per se tusi vnciae quinque, carabis flavi vnciae tres. Mixta simul impastentur cum oleo vitellorum ouorum. Excellentissimum est instauratiuum, ad vulnera ab imperitis chirurgis deprauata.

VNGVENTVM STICTICVM QVARTVM.

Olei communis, cerae virginicae, litargyrii aurei puluerati singulorum libra vna, liquata simul coquantur in vnguentum, cui quidem additionum trium subsequentium vna potest admisceri.

ADDITIO PRIMA.

Ammoniacy, bdelij ana vncia semis, galbani, oppopanacy ana, drachmae sex. In aceto dissoluta, cocta, & per pannum lineum colata, permisceri possunt vnguento postremo, adiunctis calaminaris lapidis, corallorum amborum, magnetis ana vncia vna & semis, thuris, masticy ana vncia vna. Et postremo addantur terebinthinae vnciae tres, olei anethini vncia semis. Malaxentur cum axungia titimalli, vel cum oleo quouis in emplastrum.

ADDITIO SECVNDA.

Cerati praedicti quantum videbitur oppopanacy cum aceto praeparati vt supra vnciae tres. His optime permixtis addantur mumiæ vnciae tres, aristolochiae, masticy, thuris, myrrhae ana vncia semis, terebinthinae vnciae tres, olei laurini vnciae duae, camphoræ drachmae duae. Impastentur cum oleo camomillae.

R

ADDI.

PARACELSI PRÆPARATIONES.

ADDITIO TERTIA.

PRæparati vt supra cum aceto ammoniaci vnciæ quinque, sanguinis draconis vnciæ duę, picis naualis vncia vna, colophonię vncię tres, masticis, thuris ana drachmę sex, myrrhę vncia vna, the-rebinthinę vnciæ quatuor. Omnia simul impastetur oleo laurino.

VVLNERVM STICTICVM EMPLA-

strum ad symptomata arcenda.

Ceræ virgineę, olei vulnerarij ana libra vna & semis, lithargyrii aurei libra, calaminaris lapidis libra semis, reducantur ad cerati formam, cui etiam addantur vernicis cum herbis vulnerarijs temperatę librę tres, terebinthinæ lotę quod satis esse videbitur. Coquantur in ceratum.

PARACELSO PECVLIARE STICTICVM,

fodicatorum vulnervm emplastrum.

Lithargyrium aureum pro discretionē sumptū, coquatur in vernice horis decem, ac dum fiat massa dura, quæ puluerari se permittat. In aliquo præscriptorum ceratorum dissoluto, cum reliquis gummi & pulueribus, hęc postremò paratus puluis admixtus, optimè omnium mihi successit, ait autor.

VVLNERARIAE POTIONES.

Herbę de cornibus cerui manipuli sex, pyrolę, consolidæ aureæ, aristolochiæ, parthenionis ana manipulus vnus, agrimonię manipuli duo. Digerantur in optimo vino recenti, fimi calore, postea vinum innouato, rursusque digeri finito, idque tertio, per mediam hyemem, ex duabus mensuris hac ratione sex conficies.

ALIA

ALIA POTIO VVLNERARIA.

Ceruisiꝯ recens coctæ mensuræ viginti, succi herbæ de cornibus cerui mensura vna, simul digerantur vt supra.

A L I A.

Cicera mellis recens coctæ mensuræ triginta, serpentinae, agrimonie ana manipuli quatuor, parthenionis manipuli sex. Digerantur vt præcedentia.

A L I A.

Suprema potio vulneraria, fit ex succo de cornibus cerui destillato, cuius haustus sit coclear semis, & præterea nihil bibatur amplius, eo ipso foelicissimè sanatur omne vulnus. Videte si quid excellentius habeatis, hoc adferte nobis in lucem, ait autor.

ALIA POTIO VVLNERARIA.

Pyrole manipuli duo, ciclamini, saniculæ ana manipulus vnus, alchimille manipulus semis. Coquantur in duabus mensuris vini iuxta communem vsu. Potetur manè & vesperi. Herbæ autem à quibus decoctionem habuimus, vulneribus cum pauco sale admixto superligentur. Caue ne interea medicamentis alijs vtaris.

ALIAE SEX POTIONES VVLNERARIAE.

P R I M A.

Saniculæ, pyrolæ, centauree, betonicæ ana manipulus vnus, consolidæ regalis, agrimonie ana manipuli duo, coquantur in vino veteri albo & optimo, calore balnei clauso cantharo vna hora vel altera, vt vinum respirare nullo modo valeat.

S E C V N D A.

Ophioglossi manipuli tres, alchimillæ manipuli duo, pyrolæ minoris manipulus vnus, periclimeni manipulus vnus & semis,

R 2 reubar-

PARACELSI PRÆPARATIONES.

reubarbari vncia vna, reuponticæ vnciæ tres, coquantur omnia simul in vino vt supra cantharo clauso.

TERTIA.

Angelicę vncia semis, mumię vncia vna, spermatis cæti drachmę duę, glandium vncię duę, cōsolidę minoris manipuli duo, ciclamini vncię duę, pyrolę vtriusq; ana manipuli duo, vini quod satis esse videbitur. Poterit & aquæ pars addi tertia pro arbitrio. Coquantur vt supra.

QUARTA.

PYrolę minoris aquæ destillatæ mensura vna, in qua quidē aqua, eiusdem pyrolæ manipulus vnus, saniculę, vince peruinçæ ana manipulus semis, coquantur ex priore processu.

QUINTA.

Baccarum iuniperi librę duę, pyrolę vtriusque; periclimeni, saniculę albę radicum ana manipulus semis, ophioglossi manipulus vnus & semis, consolidę maioris, aristolochiæ, vel symphyti ana vnciæ quinqueperficariæ vnciæ quatuor. Præparentur ex arte destillatoria. In eadem aqua destillata coqui poterunt herbæ vulnerales ad libitum, vt expedire videbitur medico, baccis iuniperinis iterum additis, cum cinamomo.

SEXTA POTIO VVLNERARIA.

FLorum spicæ manipulus vnus, hypericonis aut perforatæ manipuli quatuor, verbasci manipuli duo, betonicæ, centaureę minoris, prunellæ ana manipulus semis. Præparentur vt antea.

DE OPPODELTOCHO VNGVENTO.

Oppopanacis, bdelij ana vncia vna, serapini drachmę duę. Aceto contemperentur satis liquidè, per pannum colentur, & excoquantur

quantur in spissitudinem mellis. Addantur mumiaë drachma vna, aristolochiæ rotundæ drachmæ tres, liquoris de cachimia tantum vt reliquorum omnium. Fiat emplastrum. Alia duo oppodeltoch reperies infra, libro de curationibus, vnum ad apostemata cõmunia, alterum ad cinzillam.

VNGVENTVM ANODINVM

Spernioli, succi solatri ana vncia vna, liquoris vernicis vncia semis. Reducantur in formam vnguenti.

VVLNERARIA OLEA VEL

balsama quatuor.

P R I M V M .

IN oleo vel in balsamo, florum camomillæ, rosarum rubearum, prunellæ ana manipulus vnus, hypericonis manipuli tres, centaureæ, chelidoniæ ana manipulus semis, digeri sinantur ad solem, clauso vitro mensibus duobus. Loco balsami sumi potest terebinthina. Hoc oleo balsamito vulnera persanantur admiranda, sine dolore. Anno completo, per expressionem balsamum separari poterit ab antiquitatis iam floribus, & recentibus rursus expleri, ad nouas virtutes attrahendum.

S E C V N D V M .

Balsami iam proximè parati quantùm videbitur, ophioglossi, pyrolæ minoris, agrimonix, saniculæ ana manipulus vnus, florum hypericonis manipuli duo, consolidæ maioris manipulus semis, vermium terrestrium repurgatorum numero centum. Confundantur omnia simul, & soli exponantur donec optimè digesta sint. Isto balsameo pariter vulnera citra dolorem perfectissimè curantur. Addi possunt mumiaë, masticis, myrrha, thuris ana ad

R 3

libitum

PARACELSI PRÆPARATIONES.

libitum & hyeme loco herbarum præscriptarum, earum semina, digerique.

TERTIVM.

Olei communis libra semis, terebinthinæ vnciæ tres, florū hypericonis tantum, vt oleum in mollem pastam cum ceteris efficiatur, per contusionem. Addatur florum verbasci tertia pars omnium, & vini sesquimensura. Coquantur omnia simul ad vini consumptionem. Postmodum soli exponantur suo tempore digerenda. Laudabile balsamum habebitur ad mirabiles effectus.

QVARTVM.

Vernicis ex carabe flava decoctæ quantum videbitur, herbis & floribus antea dictis expleatur, & exponatur digestioni solis. Si verò masticis tantum quantum vernix fuit addatur, & myrrhæ, thuris ana medietas eius, atque post suam digestionem, iuxta proportionem compositi, mumix pars aliquota, mirabilius efficietur. Eadem vernix cum oleo vulnerali supra posito, & optimo vino decoquatur, admirandas virtutes etiam acquirat.

OLEVM VVLNERVM ET VLCERVM

consolidatiuum, aut incarnatiuum.

Mercurij præparati in puluerem vnciæ duæ, aquæ regix vnciæ decem, per destillationem aliquoties in balneo repetitam in oleum reducatur. Hoc citissimè vulnera curat, ac vlcera. Verùm quia spumam efficit ossaq; denigrat, cum cautela fuerit vtendum.

VVLNERVM INCARNATIVVM.

Cinerum plumbi, vel cerussæ libra vna, coquatur in aceto quatuor horis. Incarnatiuum exhibet per se, vel cum alijs permixti cineres eiusmodi.

CON-

CONCLUSIO PRAEPARATIONVM.

HActenus quæ de medicamentorū præparationibus dicta sunt, vsum & applicationem requirunt. Proinde ad morbos ipsos accelerandum esse duximus opportunum, omissis multis inutilibus præfationibus, quæ nulli negotio magis quàm replendæ papyro conueniunt. Nostrum enim non est institutū centones in medium proferre, sed pauca sine fastu pompæ sermonis eloquentiæ, quæ, sola experientia, atque veritatis ornatu decorata, non verentur cum cæteris in lucem prodire, veris medicis proponere, qui nō per fenestram, sed per ostium ad suā intrarunt professionem. Multi ad medicinam vocati sunt, pauci verò electi. Eorū autem qui præter vllam vocationem violenter, atq; temere sese in eam ingerūt, infinitus est numerus. Non postremis hæc, sed electis duntaxat, ijsq; vocatis, qui ad electionem disponi se facile patiuntur, scripta sunt. Habeant igitur isti nostros qualescunque labores, ac potiantur eis, quos æquo & liberali animo libenter suscipimus, in congerendis tanquam in fasciculum Paracelsi flosculis. Ad curas igitur morborum vt veniamus, hac secunda parte præscriptas præparationes, est quod in vsum adaptemus.

FINIS SECVNDI TRACTATVS.



TRACTATUS TER-
TIUS, DE MORBORVM CV-
RIS, EX MEDICINA CHEMI-
ca Paracelsi.

DE ADVSTIONVM EXTINCTIONI-

*bus, per extinctiones etiam remedio-
rum, factis.*



RECENTIS butyri quantum videbitur, li-
quefiat igne, ac in aqua recentem & frigidam
extinguatur, agiteturque lignea spatula, donec
albefcat plurimum. Abiecta postmodum aqua,
ubi postrema feceris extinctionem, pluribus
enim opus erit, vngatur adusta pars bis terve,
aut pluries die quolibet, ut locus affectus sem-
per pinguescat eo butyro. Prodest omnibus adustionibus, ligno,
lacte, oleo, ac similibus illatis.

CYRA POSTMODVM ESTO.

SI profundæ sint ulcerationes, à caloris extinctione, quæ semper
præcedere debet, curandæ sunt vulnerarijs ficticis emplastris,
præscriptis in secundo tractatu.

DE ADVSTIONIBVS EX METALLIS,

ob insitum mercurium crudum venenatis.

LIgidum porcinum liquefactum, & calidissimum effundatur
in aquam solani vel solatri, & agitetur bacillo tantisper, donec
in formam vnguenti redigatur. Superligetur vsque in omnimodam
extinctionem. Deinceps curentur communibus vel strictis emplastris.

DE

DE ADVSTIONIBVS EX MERCV-
ria crudo.

POtissimùm contingunt in amalgamationibus aurifabris, etiã chemistis in his, & in sublimationibus cinabaris, vnde nonnunquã dolorem dentiũ, aut membrorum tremorem sibi contraxerunt. Abluendi dentes aqua lauendulæ, membra verò aqua vitæ, sæpiùs. Extinctio autem adustionis fit, superposito panno lino lacte calente madido, vigesies, pluries, ac toties donec sit extinctus ardor. Postmodum vnguentis ex butyro vel adipe suilla factis vt supra, & superpositis, curetur ad completam extinctionem. Qua tandem percepta curabitur vnguentis & sticticis emplastris cum colophonia compositis.

DE ADVSTIONIBVS A SALE, VITRIO-
lo, alumine, &c.

Olei nucum libra semis, ceruini seui libra vna, butyri in aqua extincti libra vna & semis. Ex omnibus fiat vnguentum, quo bis die quolibet curentur vsque ad extinctionem, & deinceps vulnerarijs vnguentis, balsamis, vel pulueribus, vt minores cicatrices relinquuntur post curam. Eiusmodi adustiones vt plurimùm contingunt tinctoribus, ob alumina quibus vtuntur.

DE ADVSTIONIBVS A SVLPVRE SALE,
nitrò, & aquis fortibus.

BVtyri recentis libra vna, olei nucũ, seui ceruini ana libra semis, medullæ tauri vnciæ tres. Liquefacta simul, & calidissima extinguantur in aqua nymphæe, aut simili, quater vel amplius, & agitentur in vnguentum, quo perungatur locus affectus. Mox atque incaluerit, innouetur vnctio, idque toties donec ardor sedatus sit. Cura fit ex vulnerarijs vnguentis. Quæ verò per chemicas aquas euenerit,

S

rit,

CYRAE MEDICAE PARACELSI.

rit, post caloris extinctionem, curentur oleis, vel balsamis vulnerarijs, & sticticis emplastris.

DE ADVSTIONIBVS EX FVLGINE, MEMBRIS
prorsum non absumptis.

Spermatis ranarum destillati, succorum sedi, cancerorum fluui-
alium partes omniū æquales, admixto modico vitriolo, & myr-
rhæ parū, caloris ardorem extinguent. Cura tandem fiat vnguen-
tis ad alias adustiones præscriptis. Si tamen consumptum fuerit
membrum, vt reparari nequeat, ambustum à sano separandum est
hoc vnguento. Colophonix libra vna, picis cōmunis libra semis,
cerę vnciæ tres, terebinthinæ & olei pusillum, reducantur in vn-
guentum, quo quidem applicato, mortuum à viuo decidet. Post-
modum ligetur & curetur sticticis emplastris.

DE ADVSTIONIBVS A SPHERV-
lis bombardicis.

Succi sedi, aceti rosacei, succi solani, succi nymphææ, cancerorum
fluuiarium ana. Eiusmodi succis omnibus per pannum expres-
sis, lauandum, atque madefaciendum vsq; in extinctionem, post-
ea curandum erit vulnerarijs vnguentis & sticticis emplastris.

Complures fieri possunt extinctiones per succos limacum, lum-
bricorum, ranarum, sedi, solani, nymphææ, camphora, atramento
sutorio, & similibus. Verū præ cunctis omnibus excellentissi-
ma est ea quæ fit aceto rosaceo, cum succo cancerorum fluuiarium.

Si tamen adustio lethalis esse videretur, intrinsecus esset restrin-
guendum aqua vel succo prunorum cypriorum mino-
rum, hausta, vel succo herbæ pistinacæ, lacte, zy-
tho minore, succo pomorum, &
similibus.

AD

AD ADYSTIONES, ET RIGIDOS ALGORES,
utrinque remedium indifferens.

OLei costi libra vna, seui hircini libra semis, ceræ vnciæ nouem.
Fiat vnguentum singulis quaternis horis applicandū, vel inno-
uandum, sæpius, vt eo liquore pars affecta semper madeat.

ALIVD AD EYNDEM EFFECTVM.

OLei ex laganis auium vnciæ decem, adipis cerui vnciæ duæ, ce-
ræ, liquorum ex ouis ana vncias quatuor. Mixtis vtendū. Suffi-
ciens est remedium ab initio curæ vsque in finem, citra quoduis
aliud medicamentum. Mumia siquidem in ipso sita est frigoris, &
caloris potissima cura.

DE ESTIOMENO.

LItargyrij libra vna, tartari calcinati libra semis, salis communis,
aluminis rupei quod expedire videbitur, ignis gradu quarto re-
uerberentur, & per aquam fontanam ab eis extrahatur alcali. Addi
possunt ad eius extracti vnciam semis, pulueris chelidoniæ, gallarū
ana vnciæ duæ. Fiat puluis.

ALIVD PRO EODEM.

AVri pigmenti vnciæ tres, aluminis calcinati vnciæ sex, reducan-
tur in alcali. Addi possunt ad eius præparati drachmas sex, li-
quoris mumia drachmæ duæ, olei rosacei vncia vna & semis, mu-
scilaginis seminum psillij ad pondus omnium. Fiat ex istis catapla-
sma vel vnguentum. Si tamen ardores aut inflammationes ad fue-
rint, illinenda sunt vlcera oleo camphoræ priusquam applicetur
vnguentum.

De eodem siue lupo, & herpeta mordace, infra lege vbi de cura
herpetæ agetur.

DE ALBORA.

L Imaturarum stanni, plumbi, argenti ana drachma vna, in albuminum ouorum coctorum aquae destillate libra semis mace-
rentur, hac madefiat albora.

DE ALCOLA.

R Ealgaris preparati, & succi chelidoniae quantum sufficit ad yn-
guentum.

DE ALOPETIA.

P lcis calcificum libra vna, colophoniae libra semis, bituminis de
cornibus drachma vna, casei preparati libra semis. Fiat ynguen-
tum.

ALIVD AD ALOPETIAM REMEDIUM.

D lebus nouem continuis yngatur caput gilla, & dolores mitigen-
tur ynctione assidua cum oleo.

AD ALOPETIAM, COSSATVM, VARIOLAS,

& malum mortuum cura.

M ercurius solis intrinsecus haustus, & extrinsecus inunctus, à ra-
dice curabit, nedum istos, verumetiam alios plerosque mor-
bos curatu difficilimos.

DE ANTRACE.

A ntrax est apostema generatum ex realgare mercurij, quod in
radice venarum oritur, exitum sibi faciens, manente nihilo-
minus in suo centro radice curandum est hoc diaphoretico medi-
camento.

DIA-

DIAPHORETICVM.

Vini correcti vncia decem, theriacæ vncia semis, myrrhæ, croci ana drachma vna, liquoris zingiberis, piperis ana drachma semis. Misceantur in potionem cuius vncia semis vice qualibet cum optimo vino bibatur.

DE APOSTEMATE COMMVNI.

CVretur oppodeltoch superius in præparationibus posito, quod huic & omnibus alijs est præstantissimum vnguentum.

DE ARENA, PRVINA, VEL GRANDINE.

SAxifragi vncia vna, boracis drachmæ duæ, salis gemmæ drachmæ sex, salis fusi drachma vna. Stratificata reuerberetur viginti quatuor horis ignis gradu quarto. Postmodum extrahatur eius alcali. Dosis est drachma semis in optimo vino.

ALIA EIVSDEM MORBI CVRA.

SAxifragi libra vna, reuerberetur per se ignis supremo gradu. Tandem ad eius reuerberati vnam vnciam, addatur alcali ex radicibus raphani maioris drachma vna, alcali ex radicibus petroselinis scrupulus vnus. Misceantur. Dosis est scrupulus vnus in duos vel tres. Addi etiam possunt, ad eius præparati saxifragi drachmam vnam, seminis apij, cruce ana drachma vna, medonis clarificati vncia decem. Dosis est à scrupulis quatuor in sex vel septem.

DE ASCITE.

STanni purgati vncia vna, antimoniij vnciam duam, cineris nature ad pondus omnium, reuerberentur horis viginti quatuor. Postmodum ad eius calcinatæ materiæ partem vnam, addantur alcoolis vini partes quindecim, & fiat alcali. Dosis est drachma vna in

CYRAE MEDICAE PARACELSI.

drachmam vnā & semis. Addi possunt ad huius præparati drachmam semis, sanguinis draconis drachmæ duæ, liquoris tapfi vncia vna, misceantur. Dosis est vncia semis.

DE ASTCACHILO.

Post panaritij curam vtendum est hoc emplastro. Olei de vitellis ouorum vnciæ duæ, ceræ vncia semis, colophonix vnciæ tres, myrrhæ rubeæ ad pondus omnium. Fiat emplastrum ex arte.

DE ASTHMA TE.

Sulphuris fusi libra vna, de flaccis sandali rubei, cupressi, pini ana libra etiam vna, stratificentur & reuerberentur, atque ex eis trahatur alcali. Huius vnciæ decem, & myrrhæ vnciæ quinque sublimentur. Deficientibus omnibus alijs medicamentis, istud erit vltimum & optimum remedium. Addi possunt ad huius præparati sulphuris vnciã semis, thebaici correcti vnciæ tres, theriacæ quantum sufficit ad bolum formandũ. Dosis est scrupulus vnus in duos, vel in drachmam vnam.

DE AVRIVM TINNITV, SVRDITA-

te, visus hebetatione, &c.

Auricularum pendulæ partes pungantur in balneo, vt sanguis exeat. Si hoc non iuuerit, applicentur ventosæ post aures. Si rursus non iuuerit, sectio fiat sub lingua. Post quod nullum est remedium.

DE BOCIO.

Præuocentur menstrua ad hunc modum: Liquoris pulegij, artemisiæ ana vnciæ tres, vini correcti vnciæ septem, de liquoribus splenis bouis castrati vncia vna. Reduc ad mixturam. Dosis est vnciã

cia semis manè & vesperi. Addatur aqua ex fruticibus fauinæ, vel oleum ex granis eiusdem.

Item prouocentur hoemorrhoidæ ad hunc modum: Serapini colati vncia semis, bdelij, masticis ana vncia vna. Fiat emplastrum per se, & applicetur hoemorrhoidarum loco.

DE BRANCO.

HVius cura in arcanis consistit, & in aqua prunellæ, tum in gargarismis.

Piretri vncia vna, succi hypericonis vnciæ duæ, succi persicariæ vnciæ tres, oximellis stillitici ad pondus omnium, commisceantur in gargarismum.

ALIVD.

Liquoris mumiæ vncia vna, succi persicariæ vnciæ duæ, aceti communis vnciæ tres, fiat gargarismus.

DE BYBONE VENEREO.

Maturetur primùm hoc vnguento: De quatuor resinis vncia semis, de liquoribus althææ, bisimaluæ ana vnciæ tres. Fiat mixtura. Curetur postmodum oppodeltocho hoc vnguento.

OPPODELTOCH.

DE quatuor seminibus incarnatiuis vncia semis, ceræ, colophoniæ, ana vnciæ duæ, picis naualis vnciæ tres. Reducantur in emplastrum.

DE CADVCO, ET SVIS SPECIE-

bis, analepsia, catalepsia, & epilepsia.

Vitrioli cuperosi libra vna, separetur à suo phlegmate per distillationem, hoc rursus ad colcothar affundatur, cohobando

CURAE MEDICAE PARACELSI.

quater vel saepius igne quarti gradus. Dosis eius est scrupulus semis in scrupulum vnum, ante & post paroxysmum. De hoc lege latius in praeparamentis, vbi de spiritu vitrioli agitur supra suo loco. Addi possunt ad vitrioli praeparari huius drachmam vnam, liquoris visci quercini, orizontis ana drachma semis & grana tria. Fiat mixtura. Nuca poterit inungi pinguedine castoris.

DE CALLO.

Olei rosarum vncia sex, calcis viuae extinctae vncia tres, camphorae drachmae quinque. Fiat mixtura, & superponatur loco vnguenti. Si vero callus in vlcus transisset, vtendum foret hoc emplastro. Spertioli vncia semis, olei de caphura drachmae duae, succi papaueris, hyosciani ana ad pondus omnium. Fiat emplastrum ad sedandum dolorem caloremque extinguendum. Postmodum persanetur hoc remedio. Emplastrum apostoliconis, diachilonis ana vncia semis, mumiae vnciae tres, cerussae drachmae duae, camphorae drachma vna, misceantur & coquantur in vnguentum.

DE CAMBVCA.

Curatur vnguento hoc, & oleo camphorato.

CAMPHORATVM OLEVVM.

Camphorae drachmae duae, vitellorum ouorum vnciae quatuor. Fiat mixtura, quae posita super marmor, vertitur in oleum.

EMPLASTRVM.

Mumiae vncia semis, resinae de botin ablutae per rosaceam aquam, quantum sufficit pro incorporatione. Fiat emplastrum.

ALIA

ALIA EIVSDEM MORBI CVRATIO.

Mercurij ex venere confecti pars vna, olei vitrioli non rubei partes viginti quinque. In aqua parthenionis duodecim haustibus exhibeatur, diuersis vicibus. Postmodum curetur vnguento oppodeltoch, vel vnguento ex mercurio hoematino extrinsecus.

DE CANCRO.

Litargyrij triti libra semis, aquae salis, aluminis ana libra vna, acetii librae quatuor. Simul bulliant omnia sensim vsque ad exiccationem, affundatur postea aqua fontana, & calido loco macerentur horis duodecim, vel circiter, & inde nox exiccari sinantur. Preparatum habebitur litargyrium ad cancerum, & ad fistulas.

Addi possunt ad istius litargyrij praeparati vncias tres, succi marubij, persicariae ana vncia vna, olei vitellorum ouorum quod satis videbitur ad formandum vnguentum.

EIVSDEM ALIA CVRA.

Huius morbi cura triplex est, prima physica, per quam haemorrhagiales menstrualesque fluxiones amouendae sunt: secunda chirurgica per anedinum vnguentum mortificat: & tertia pariter chirurgica vnguento consolidatiuo per sanat.

Glutinis aquatici aquae destillatae libra vna, colcotharis, florum æris ana vncia vna & semis. Mixta simul vlceri superponantur, ac mancant vsque dum putrescant, quod plerunque die quarto solet fieri. Deinceps ablatis, apponatur mundificatiuum ad noli me tangere infra praescriptum, & postquam extraxerit putridam omnem materiam, super spargatur puluis infra mox positus.

Puluerum ex succo chelidoniae, parthenionis, centaureae ana vncia semis, mumię vncia vna, mane & vesperi quoties ligabitur.

CURAE MEDICAE PARACELSI.

ANODINVM VNGVENTVM.

Spernioli, succi solatri ana vncia vna, liquoris vernicis vncia semis. Reducantur in formam vnguenti.

MUNDIFICATIVVM.

AVripigmenti vnciae quinque, fuliginis vncia semis, salis armoniaci vnciae tres. Reducantur in reuerberationem quarti gradus per diem integrum, & inde fiat alcali. Addantur ad eius auripigmenti praeparati drachmas quinque, cinerum ex fimo columbino, & olei vitellorum ouorum, quantum sufficit ad formandum vnguentum.

EIVSDEM MORBI CANCRI ET FISTV-

larum certissima cura.

PRaeparati maximi & mercurio drachma vna, oleorum, de lateribus verto vel quarta librae pars, terebinthinae libra semis, cariophyllorum olei per mixtionem facti vnciae duae. Misceantur & per balneum destillentur. Destillato huic postmodum adiungantur, mastices, myrrhae, thuris ana vnciae tres. mumiae verto vnus vel quarta pars librae. Omnia simul commixta per alembicum rursus destillentur in oleum. Fiat linimentum quo perungantur vlcera dicta, postmodum emplastro ligentur.

Lotio quaedam linimentum praecedere debet, vt Aluminis vncia semis, salis vncia vna, mellis vnciae duae, vini & aquae ana libra vna. Per dissolutionem commisceantur, & hoc liquore lauetur.

Linimenta supra scripto longè praestantiora sunt, olea dulcia, antimoniij, plumbi, & mercurij.

DE CANCRENA.

SVccorum nenupharis, solatri, papaueris, lolij, ana vnciae duae, opij vnciae quindecim, mandragorae drachmae tres, succi ex radicibus hyosciami

hyosciami vnciæ quinque. Reducantur in vnguentum cum oleo de litargyrio.

DE CARBVNCVLO.

Cura habetur infra de squinancia.

DE CELSA.

Cura ponitur infra de testudine.

DE CEREBRI DOLORIBVS, HEPA-

tu defectu, atq; debilitate splenis.

ARgenti laminati drachmę tres, salis gemmę drachmę sex. Stratificata reuerberentur viginti quatuor horis, postea extrahatur alcali. Hoc iniectum in alcool vini maneat diebus aliquot, & resoluatur. Fiat separatio vini, & in fundo residebit alcali, quod in vitro humidoque loco positum resoluitur in liquorem. Dosis à granis quinque in sex vel duodecim.

DE CINZILLA.

PRimò, radix diaphragmatis est mundificanda per consolidam regalem, & postmodum oppodeltocho singulis duodenis horis locus affectus religandus.

¶ Oppodeltochi formam supra reperies in præparamentis.

¶ Aliam cinzillæ curam habes infra, vbi de fistularum curis agitur, & de scrophulis.

COHIBITIO CVIVSQVE MATERIAE PECCANTIS

in corpore ne progrediatur vlteriùs.

STatim atq; dolores colli, auriũ, vel humerorũ irruerint, purgandum est radice ellebori nigri, ad eundem modũ præparata, vt infra cõtra podagrã, aut epilepsiã, & sub eadẽ dosi. Postmodũ tinctura martis vtendũ, vt in hydropisi habetur. Huiusmodi purgationes annuatim fieri possunt, non iuxta numerũ trecentorũ & sexaginta quinq; dierum, sed ab incremento vel interuallo paroxysmorum.

DE CONTRACTVRIS.

Olei oliuarum, olei iuniperi ana vnciæ quinque, masticis libra semis, terebinthinæ vnciæ quatuor & semis. Mixta in ahenocupreo vel terreo, & inclusa alteri vasi ligneo ad latus forato, membrum contractum intrudatur, & supra fumū contineatur per medium diem, accensione eiusmodi recentibus materialibus quum defecerint semper innouando.

ALIA SVFFITVS FORMA, AD
eundem effectum.

Pinguedinis taxi, olei oliuarum, adipis ranularum viridium calamitarū ana libra vna, myrrhæ, masticis, terebinthinæ ana libra semis. Accendantur vt supra narratum est.

¶ Aliam ad contracturam omnem inuenies curam supra, vbi de balsamis sex agitur.

AD TREMOREM CORDIS REMEDIVM
inuenies supra de paralyfi, & synthema.

DE DENTIVM DOLORIBVS CVRA,
partim magnetica.

Herba persicaria, & cortices iusquiami pro libito coquantur in aceto rosaceo, & isto decocto dentes abluantur, & in ore calidissimum teneatur, donec frigescat, idque sepius innouetur: omnis aufertur dolor. Quod à decoctione herbæ & corticum reliquum erit, sepeliatur humido loco, & aggrauetur ponderoso lapide vt putrescat. Vbi putruerit, mortificatus erit omnis dolor, vt etiam persæpe non redeat amplius. At puto nedum quod residuum est à decoctione sepeliendum, sed etiam omnes ablutiones ex ore super eiusmodi feces expuendas, vt vnà sepeliantur cum alijs.

DE

DE DYARRHEA.

Hoematitis, aluminis glacici, croci martis ana ad libitum. Fiant inde trocisci cum gummi arabico dissoluto in aqua plantaginis ex herbis & radicib⁹ destillata. Dosis est drachma vna, in drachmam vnam & semis. Addi possunt ad huius hoematitis preparati drachmas tres, perlarum scrupulus semis, mumiae liquefactae ad pondus omnium, & fiat mixtura. Dosis est drachmae duae in tres vel quatuor.

ALIA DIARRHEAE CVRA
per Cachimiam.

Cachimiae preparatae uti pro dyssenteria quantum videbitur, olei nucis muscatae parum ad incorporandum, reducantur ignis gradu secundo ad formam boli. Addi poterunt ad eius cachimiae preparatae vnciam vnam, theriacae vnciae tres. Formentur in pasta. Dosis est per os a drachma vna in duas & semis, mane, sub meridie, & vespere. Deinceps tribus diebus abstinendum ab huius pasta sumptione, quibus transactis, rursus vno die ter, ut supra administratur. Processus hic tertio repetendus.

DE DYSSENTERIA.

Cachimiae bene tritae vnciae sex, ferruginis ferri vncia semis. Calcinentur ignis secundo gradu, septem horis, postea reducantur in suum alcali. Addi potest ad huius alcali vnciam semis, assatae columbae quod satis erit.

ALIA DYSSENTERIAE CVRA.

Hoematitis, corallorum rubeorum, spodij ana drach. quinque, seminis tanaceti tantundem. Fiant inde trocisci cum muscagine visci de botin. Dosis est drachma semis. Addi potest vinum

T 3 in quo

in quo calybs candens extincta sit, & cum hoematite preparato ad ministrari, vel cum optima theriaca.

DE ELEPHANTIASI.

Eius cura triplex est, prima haemorrhoidarum: secunda menstruorum prouocatio: tertia verò liquorum exiccatio: quarantur suis locis infra & supra iuxta suos indices.

DE EPILEPSIA, ET SPECIEBUS EIVS.

Purgatio primò præcedere debet ad hunc modum. Radices ellebori nigri purpureos flores habentis, & recentis quantum vo. c., in ardente vino macerentur, ac destillentur igne lento primùm, & postmodum aucto donec omnis liquor ascenderit. Postea separetur vinum ardens à substantia, per balneum leuiori calore, & in eo quod remanet soluatur sacchari candidi quod fat esse videbitur. Dosis est grana tria cum aqua mulsa, vel communi in qua hypoglossum decoctum fuerit.

ALIA EIVSDEM MORBI CURA, CFM
suis speciebus.

Antimonij in alcool facti quantum videbitur, ignis gradu quarto reuerberetur in suos flores, leui primùm igne tandem aucto vt artis est. Dosis est in accessus principio paroxisimi, grana nouem, postea in exagitatione decem & octo: postremò autem à recessu paroxisimi post horam, vt prius grana rursus nouem administranda sunt. Si morbus adhuc redeat, processus hic tertio repetendus erit.

ALIUD REMEDIUM IN EVD
dem effectum.

Liquores auri scrupulus vnus. Detur ante paroxisimum vna hora, quum patiens aliquod indicium percipit accessus eius, item
à recessu

à recessu paroxisimi tribus horis elapsis, adhibeatur scrupulus dimidius, idque sexies repetendum.

ALIA EPILEPSIAE CVRA.

Sanguinis humani calentis adhuc vnciae quinque, vini ardentis vncia vna. Digerantur in cucurbita quadraginta diebus equino fimo, postea balneo maris destillentur, & separabitur liquor albus inutilis & virulentus à flauo. Huius flaui liquoris detur scrupulus vnus, à nouilunij temporis exordio sub primam accessionem.

ALIA EIVSDEM MORBI CVRA.


Cranium humani capitis recens, quod nunquam sepultum fuit, contritum in minutas partes, per retortum destilletur igne mediocri, donec omni suo phlegmate priuatum sit. Hoc iterum ad suas feces affusum abstrahatur, idque tertio, tum demum aucto sensim igne ad quartum gradum, oleum etiam effluet, à quo phlegma per balneum est separandum, & oleum vitro seruandum. Dosis est est grana tria, quibus tollitur caducus.

Animalia bruta quaedam virtutes etiam habent, ad morbum hunc tollendum, vt sunt, apes, alcis, vultur, & similia.

ALIA EPILEPSIAE CVRA.

A Radice ellebori nigri per vini spiritum humiditas tota, & oleum extrahatur. Deinceps spiritus ille separetur, vt radicis essentia tota maneat absque mixtura, optimè dulcificetur, &c. Multo melior erit, si addatur viscus quercinus, piretrum, & peoniae semen in extractione.

Notandum tamen medicamenta ex elleboro tracta, non ita repente agere vt alia, sed successiue, eoque firmitus curare.



RAdix ellebori nigri luna deficiente, sub signo libræ, & planeta veneris euellatur ex terra, flatibusque venti borealis ad umbram exiccari sinatur, & pulueretur minutissime. Dosis eius est drachmę duę, diebus tribus successiuis antequam paroxisimi dies adueniat, quod quidem à suis signis cognosci potest, vti de podagra scribitur. Veteres hoc sæpius repetito purgationis processu morbum caducum curarunt. Ego verò Paracellus, à purgationibus istis ad curam prius progressum feci, per essentiam arcani spiritus vitrioli, quam suo loco & formulam præparationis eius habes in præcedentibus.

DE ERYSIPELA.

AQuæ destillatæ ex glutine aquatico vncię tres, bulliat cum fimo mineralium vna hora, vel diutiùs, donec in pulres ambo reducantur vtcunque spissas. Addatur camphoræ vncia vna & semis. Fiat vnguentum, quo tybiæ ligentur terno quoque die semel, spacio trium septimanarum. Postmodum abluatur vlcus decoctione foliorum quercus, vel aqua salsa, mundum seruetur, & sanabitur non secus ac si superponeretur vnguentum. Istius medicamenti conditio talis est, vt non ante septimanas tres operetur.

DE ESSERIS.

Olei ex iuniperinis baccis libra semis, olei amygdalarũ dulcium libra vna, olei de coste vncię septem. Fiat mixtura. Oleum de coste fit ex fraxino per descensum. Oleum iuniperi per ascensum cum vehiculo aquæ, Amygdalinum per expressionem.

ALIA EIVSDEM MORBI CVRA.

Olei de spica vncia semis, olei quercini libræ tres, axungia cati libra vna, commisceantur & perungatur locus affectus. Vnctio-
fitas hæc non sinit spiritus, eiusmodi morbum producentes pene-
trare, sed ab ipsis præseruat membra corporis.

DE EXITVRA.

ISTIVS morbi cura solùm consistit, in excrementorū ab omni-
bus emunctarijs extractione.

EXTRACTIONIS PER NARES

formula.

Lolij, seminis nigellæ, ellebori ana scrupulus vnus, maioranæ,
saluiæ ana drachma semis, musci grana duo. Fiat sternutatoriū,
quod singulis diebus manè per nasum attrahatur, parum vice qua-
libet.

PER AVRES.

Dlagridij scrupulus vnus, bdelij drachma vna, ceræ scrupulus v-
nus & semis. Fiat emplastrum quod cum flaccis lineis impo-
natur auribus in forma epistomioli. Quum spuma vel aqua exuda-
rit, bene est.

PER VRINAM.

CRoci orientalis drachma semis, pilorum zenij vncia semis, can-
taridum numero quinque. Fiat mixtura pro sacculo, subtus ad
vesicam extrinsecus applicando, per vnum aut alterunt diem pro-
uocabit vrinam, donec in ea sanies apparere cesset. Zenij sunt fol-
liculi circum leporum caudas.

CURAE MEDICAE PARACELSI

PER ALVVM.

Mellis quantum sufficit, diagridij scrupulus vnus, Hermodactylorum, turbithana drachma vna. Fiant suppositoria ex arte sine sale. In constipatione tantum vti poteris.

PER SVDOREM.

Theriacæ drachmæ duæ, alcoolis vini tantundē, euphorbij grana septem. Fiat haustus ante ingressum balnei, sudet æger, ac postmodum lecto decumbens contactusque sudet iterum, idque ter vel quater, totiesve repetendum donec foetor abeat.

DE FEBRIBVS ET MORBIS ACVTIS.

Foliorum auri liquefactorum per aquam mellis drachmæ duæ, alcoolis vini correcti vnciæ duæ. Separetur aqua mellis. Dosis est scrupulus semis in scrupulum vnum. Addi poterunt ad huius præparati scrupulos quatuor, succi centaureæ, salis nitri ana drachmæ duæ. Dosis est scrupulus semis, vsque ad vnum & semis.

ALIA FEBRIVM CVRA.

Iacinthorum præparatorum scrupulus vnus, gummi ladani scrupulus vnus & semis. Commisceantur ac destillentur. Dosis est guttæ quatuor vel quinque, ad præseruationem singulis annis bis, & in coniunctionibus solis cum luna.

DE FICIS ET VERRVCIS.

Corrosiuo hoc dulci curantur. Olei laterini vncia vna, olei iuniperini vncia semis, olei ex myrrha vnciæ duæ. Misceantur.

Aliud.

ALIVD.

Olei laterini drachma vna, aquæ aluminosæ vncia semis, viriditatis salis ad pondus omnium. Fiat mixtura.

DE FISTVLIS.

AQuarum ciclamini, de folijs serpentine, sophiæ ana vncie quatuor. Fiat mixtura ad haustum. Dosis est vnciæ quatuor manè & vesperi in finem vsque sanationis.

ALIA POTIO.

AQuarum de cornibus cerui libra vna, centaureæ, consolidæ aureæ, parthenionis ana vnciæ tres. Addatur reubarbari, manne electæ, spermatis ceti ana vnciæ vna.

Redigantur in potionem, de qua bibatur manè coclear vnus singulis diebus, & statim à haustu coclearia tria vini.

EMPLASTRVM AD FISTVLAS.

De quatuor gummi vnciæ duæ, cære vncie sex, liquefiant simul, & addantur visci de botin vnciæ quatuor, ac inde fiat vnguentum.

AQUA AD LOTIONEM.

ANodi vnciæ duæ, crySTALLINI præparati in lapillos drachmæ duæ, aquarum plantaginis, ciclamini ana vnciæ decem.

ALIA AD FISTVLAS CVRA

per potionem.

AQuarum de cornibus cerui libræ duæ, centaureæ, consolidæ aureæ ana vnciæ tres, parthenionis vnciæ quatuor & semis. Im-

CURAE MEDICAE PARACELSI.

ponatur reubarbari, mannæ electæ, spermatis ceti ana vncia vna. Istius aquæ commotæ prius, aut perturbatæ bibatur coclear vnum manè & vesperi singulis vicibus, & mox inde vini coclearia tria. Potiunculis eiusmodi fistula mundificatur internè, ac sanatur per se absque alio medicamento extrinsecus applicato. Qui tamen applicare volet emplastrum, hoc esto.

EMPLASTRUM AD FISTULAS.

EX gummi quatuor vnciæ duæ, ceræ libra vna, coquantur simul in emplastrum cum tribus vncijs visci de botim.

ALIA FISTULARVM CURA.

AVripigmenti vncia vna, tartari calcinati vnciæ tres. Stratificata reducantur in quartum gradum ignis viginti quatuor horis, vt materia fluat, quæ postmodum exempta conteratur & coquatur in aqua, decidet ad fundum puluis albus, qui est auripigmentum præparatum. Hoc vitro reconditum, vel super marmor positum humido loco, vertitur in oleum, fistulis per stringam immittendum, aut flaccis lineis eo madidis, vel ante fluxionem in oleum puluis inspergendus, qui etiam fieri potest per exiccationem olei, ac melior. Addi potest ad eius auripigmenti præparati drachma semis, resinæ pini vncia vna, ceræ tantum vt reliquorum. Fiat inde ceratum, & fistulis applicetur.

ALIA FISTULARVM, CINZILLARVM, ET
scrophularum cura.

SAlis anatron drachmæ sex, cinerum fabarum vnciæ tres. Reuerberentur in quarto gradu ignis horis duodecim, & extrahatur alcali. Verum quia anatron in se mercurium volatilem continet additione hac opus habet. Ad anatron præparati vncias duas, adij-
ciantur

ciantur butyri crudi vnciae quatuor, pinguedinis murmentorum vnciae tres. Fiat vnguentum.

ALIA AD FISTULAS CVRA.

Olei laterini vnciae tres, olei terebinthinae duplum, olei cario-
phillorum vncia vna & semis. Destillentur simul, & addantur
myrrhae, thuris, masticis ana vnciae duae, mumiae vnciae tres. Rur-
sum destillentur, ac per siringam in fistulas immittatur in fundum
vsque, singulis diebus bis, & abluantur saepius aqua falsa, vel vino.

Apponatur emplastrum calcinato permixtum, mane & vesperi
iuxta communem vsum. Oleum saturni, oleum mercurij, & aqua
mercurialis, certissima sunt medicamenta contra fistulas, quae nul-
lo modo fallunt medicum.

¶ Aliam ad fistulas curam habes supra, vbi de cura cancri per li-
targyrium agitur.

AD FISTULAS EMPLASTRVM.

Cerae, colophoniae ana vnciae tres, gummi maiorum omniū ana
vncia vna, resinarum quatuor ana vncia semis. Fiat inde cera-
tum, cum oleo lauri, & terebinthina, temperetur in pastam non
vsque adeo duram.

ALIA FISTVLARVM CVRA.

Olei ferri, olei saturni ana drachma vna, olei mercurialis scrupu-
lus vnus & semis. His permixtis omnibus fistulae circuitus inun-
gatur, mane & vesperi diebus nouem, & curabitur.

ALIA FISTVLARVM CVRA.

Aquae foliorum corni, aquae foliorum tiliae ana libra semis, aquae
herbae sophiae vnciae tres, permixtae propinentur egris cum tan-
to vino.

DE FORMICA.

A Starzof vnguento curatur, cuius formula hæc est: Litargyrij abluti vncia vna, spernioli vncia vna & semis, liqueris barbæ iouis, succi nenupharis ana vnciæ tres. Fiat ceratum sine ceri, panno illitum, & vna nocte superpositum, frigore pellet formicam, vt amplius non redeat.

ALIA EIVSDEM FORMVLA.

A Quæ rosarum vnciæ duæ, resolutæ camphoræ drachma vna, commisceantur.

DE FVLGINOSO APOSTEMATE.

Huius cura tripartita est, in maturationem, mundificationem, & consolidationem. Aperiri non debet instrumentis, sed per se, maturatiuis tantum adhibitis.

MATVRATIVVM.

Olei laterini vncia vna, oppopanacis colati vncia semis. Fiat emplastrum super prunas. Oppopanacum per acetum colatur, deinceps fit massa & induratur.

MVNDIFICATIVVM.

Mellis, prunellæ ana vncia vna, aristolochiæ rotundæ, alocepatiana drachma vna. Fiat mixtura in modum emplastri, quo vtendum posteaquam apostema fuerit apertum.

CONSOLIDATIVVM.

Vitelli quorum numero quatuor, resinæ de botin vnciæ tres, farinæ tritici, hordei ana quod satis est pro incorporatione, fiat vnguentum.

DE FURFVRIBVS, SAPHATIS,
squamis, & scabie.

Liquoris resinę terrę vncia vna, olei mercurij saturni tantūdena.
Fiat mixtura qua semel aut bis vngatur locus affectus omnis.

DE GANGRENA.

Eodem vtendum est medicamento, quod ad tentiginem prauā,
& vlcera depascentia positū inuenietur suo loco, hoc solo mu-
tato, quod addenda sit vncia semis scamoneę (cui peculiaris cura
corrosionum inest) ad libram vnam dictorum emplastrorum.

DE GELV MEMBRORVM

Piperis longi, cardamomi, granorum paridis ana vncia vna, eu-
phorbij vnciæ duę, masticis vncia vna & semis. Puluerentur &
affundatur vrinę puerorum mensurę duę, vel cholericici cuiuspiam
hominis. Coquantur ad consumptionem octauę partis, & colen-
tur per pannum, eo quod supererit, vngatur membrum gelidum
singulis diebus ter. Separabitur quod emortuum est à viuo. Viuum
curetur vulnerarijs vnguentis.

Notandum etiam si membrum alioqui non gelidū, sed sanum
isto fuerit inunctū composito, à gelu præseruabitur eo die. Id ipsum
efficit madida papyrus membro circumuoluta, atque fascia linea,
aërem enim & ventum penetrare non sinit.

Si verò gelu penetrasset ad interiora, vt immineret mors, detur
aqua vitę admixta modica camphora & theriaca, & post haustum
imperetur sudor. Melius fuerit vinum generosum cum zingibe-
re & calamo aromatico coctum.

Item aqua vitę cū speciebus aromaticis & maximè croco. Quę
singula hausta præseruāt à gelu transeuntes niueos rigidosve mon-

CYRAE MEDICAE PARACELSI.

tes. Siquidem immoderatum gelu, nonnunquam incauta mors sequitur, aut lepra, vel ad minimum scabies.

DE GLANDVLIS, ET NAPTA.

A Luminis plumosi filo oleo de gilla madido, per nodum sensim & successiue comprimendo, tollenda est glandula. Postmodum ungendo, & euellendo venulae per gillam consolidentur.

DE GVTTA ROSACEA.

C Itrinulae, scabiosae, rebonae ana, destillentur in aquam, & cura haec dicitur ex tincturis.

ALIA CYRA GVTTAE ROSACEAE.

A lbuminum ouorum coctorum numero decem, calicis ouorum vnciae sex. Destillentur in aquam, & addantur foliorum argenti, stanni, plumbi, veneris ana drachma vna, foliorum auri, marcasitae argentee, aureae, chimoleae ana drachmae duae. Fiat digestio per mensem, & postmodum destillatio. Aliam curam videre licet vbi de morphea agitur infra suo loco.

DE GVTTA.

C Vra habetur infra tribus locis, primo vbi de cura morborum agitur ex leprosa humiditate prouenientium: secundo vbi de paralyticis morbis: tertio autem vbi de siphita stricta.

DE HAEMORRHOIDIBVS.

C Vra habetur infra de profluuiio sanguinis in ventre, item de ragadijs.

PRO-

PROVOCATIO TALIS.

Serapini colati vncia semis, bdelij, mastice ana vncia vna. Fiat emplastrum per se sola, secundum artem, & applicetur suo loco.

CVRA HOEMORROIDARVM.

Marcafitæ vncia vna, alcoolis vini optimè exiccati libra vna miscantur. Addantur ad eius præparatæ marcafitæ drach. vna. Fiat puluis, & inspergatur antequam intumuerint.

DE HERPETA MORDACE, VEL

*estromeno, vel lupo, muscilaginosum
remedium.*

Liquoris de mumia, de mastice, de camphora ana vncia semis, muscilaginis de fœnu græco, de psillio, de citonijs ana quantum sufficit, pro incorporatione. Vfus eius est similis illi qui de emplastro oppodeltoch habetur.

REFRIGERIVM FIT.

EX sperniolo anodino, applicato quinq; vel sex diebus, post mumia fuerit addenda.

ALIA HERPETAE CVRA.

Realgaris crystallini vncia vna, olei ardentis vncie duæ, cerussæ drachmæ duæ. Fiat vnguentum applicandum in circuitu orificij, vt non intret. Innouetur singulis duodenis horis semel, vsque ad sextum vel octauum diem. Tandem deponatur, circulus totus auferetur per se. Lauandrum postea hac aqua manè & vesperi, superponatur emplastrum infra scriptum.

AQUA LOTVRÆ.

AQuarum glutinis, rosarum ana vnciæ sex, parthenionis vnciæ quinque.

X

EMPLA-

CYRAE MEDICAE PARACELSI.

EMPLASTRUM.

Olei lini libra semis, viridis æris, ceræ ana vnciæ tres, fiat ceratum & addantur bdelij colati vnciæ duæ.

*ALIA CYRA HERPETARVM, TVMORVM, VLCE-
rum, & paralyfis, ex morbo venereo, & per mensium sup-
pressionem, vel inordinarium fluxum
ortorum.*

Spodij vnciæ tres, mercurij lunæ vncia semis. Mixta simul in vino exhibeantur.

DE HERNIA CARNOSA.

Duplici via curatur, per instrumēta vt vlcera alia, & per sola medicamenta.

Olei laterini vnciæ septem, oppopanacis, bdelij, galbani ana drachmæ tres. Reducantur ad formam liquidam, additis quæ sequuntur postea, farinæ fabarum drachmæ tres, ficuum numero quatuor, camphoræ, rutæ ana drachma vna. Fiat emplastrum, hoc maturat, resoluuit, putrefacit, excrescere carnes prohibet, sedat que dolorem.

DE HERNIA AQUOSA.

Ficuum libra vna, olei granorum iuniperi vnciæ quatuor, farinæ fabarum vnciæ sex. Fiat cataplasma super ignem, & superponatur calidum manè, sub meridiem & vesperam.

ALIVD REMEDIUM.

Farinæ fabarum libra vna, seminum psyllij, citoniorum ana vncia vna, consolidæ maioris vnciæ tres, vini & aceti quantum satis ad emplastrum fingendum.

DE HERNIA PENTOSA.

Resolui potest supra scripto cataplasmate ad herniam aquosam, vel curari vt sequitur.

Olei

Olei amygdalarum dulcium vnciae duae, farinae fabarum vncia semis, fimi columbini, fimi caprarum ana vncia tres, aceti quantum sufficit, fiat cataplasma, & superponatur mane, sub meridiem, & vesperi.

ALIA DESCRIPTIO.

Visci abietis vnciae sex, mumiae vnciae quinque, foliorum ebulli vncia vna, commisceantur.

ALIA FORMULA.

Terebinthinae libra semis, cumini vnciae quatuor, seminum lactuce drachmae sex, cerae quantum satis est. Reducantur in emplastrum.

DE HERESYPELA.

Allahole curanda est, ne concurrunt alia salia, postea sperniolo mortificanda, postremo vero per oppode' tochiu' consolidanda.

ALLAHOLIS DESCRIPTIO.

Salis anathron vncia vna, anodi vncia semis. Reducantur ad formam cum oleo de spica.

SPERNIOLVM.

Spermatis ceti, ranarum, cerefolij, iuniperi ana, fiat destillatio ad solem.

ALIA DESCRIPTIO.

Glutinis aquatici vnciae tres, destillentur in aquam, cui finus mineralium imponatur, & bulliant simul per horam, vel donec in formam pultium reducatur, addatur camphorae vncia vna. Fiat vnguentum quo ligetur crus tertio die quolibet, tres septimanas continuando.

DE HYDROPHORBIA.

Generatur ex sale separato a sale trium primorum, estq; vnum ex lepre indicijs, apostema salis rubei narcotici vtcunq; leprosi.

CURAE MEDICAE PARACELSI.

Eius cura duplex est, prior fit per liquorem horizontis, quo natura corroboranda est: posterior verò per sequentem aquam.

Aquæ regis vncia vna, olei de realgare vncia semis, olei euphorbij quantum sufficit pro incorporatione.

ALIAE HYDROPHORBIÆ, AUT

lepra cura.

Liquore horizontis qui describitur secundo tractatu, natura corroboretur intrinsecus. Postmodum liquor bullarum est exiccandus aqua iamiam præscripta.

DE HYDROPSI.

Radicis ellebori nigri præparatæ, vt pro podagra legitur infra, drachmæ duæ pro dosi qualibet. Ea sæpius purgetur patiens, intermissis tamen vicibus. Tum demum ad curam, nec prius aggrediendum. Hæc in tinctura martis consistit, de qua suo loco legitur de præparatis, tractatu secundo.

ALIA HYDROPSIS DESPERATÆ CURA.

Maximi præparati mercurij granum vnum & semis, quintæ essentia ex alandahal grana tria, saccari rosacei drachmæ duæ, croci grana tria. Commisceantur & fiat bolus, qui ter vel quater adhibeatur, ac toties donec tumor abeat. Postmodum administretur infra descripta potiuncula manè & vesperi, vsq; dum color pallidus, luridusve transmutetur in viuudum.

ALIA HYDROPSIS, ET ICTE-

ricia cura.

Salis gemmæ, succi titimalli vel esulæ minoris ana vncia vna, gummi ex cerasis ad pondus omnium. Fiat bolus, qui reuerberari

rari sinatur ignis tertio gradu per duas horas, & extrahatur alcali. Dosis est à granis octo in duodecim. Addi possunt ad huius præparati salis scrupulum semis, reboli, id est veræ mumixæ, liquoris centaureæ ana scrupuli quatuor. Misceantur. Dosis est à granis quatuor in duodecim cum ovo sorbili.

*ADDI POSSUNT AD HANC PRÆPARATIONEM
vt ad alios etiam morbos efficax sit remedium.*

Eius præparati salis gemmæ drachma vna, succi catapotixæ vnciæ duæ, farine tritici ad pondus omnium. Fiet inde panis optimè coctus, de quo detur drachma vna, in drachmas duas.

ALIA AD HYDROPISIN CVRA.

CRoci martis è calybe optimè reuerberati drachma semis, liquoris orizontis grana tria, olei nucum muscatarū grana quinque, aquæ veronicæ vnciæ tres, commisceantur & fiat potio, quæ sanguinem emendat, curatque.

DE HOEMOPTOICA.

CVram habes vbi de oculorum collyrijs agitur infra. Item de symptomatibus vulnerum sub finem.

DE ICTERICIA.

STanni calcinati libra vna, salis vncia vna, cinerum fabarum libra semis. Reducantur per ignem ad formam litargyrij pene. Huius vnciæ decem, alcoolis vini libra semis. Ex dissoluto fac alcali. Dosis est à granis sex in vndecim. Addi possunt ad eius præparati scrupulos tres, alyptæ muscatæ scrupulus vnus, bdelij scrupuli duo. Dosis est scrupulus vnus in duos & semis.

CVRÆ MEDICÆ PARACELSI.

ALIA ICTERICIÆ CVRÆ.

Litargyrij vncie quatuor, myrrhe, thuris ana vncia vna, aceti perfectissimi libra semis. Fiat decoctio.

Addi possunt ad istius præparati litargyrij vnciam semis, aluminis rupei vnciæ duæ, aquæ salis vncia semis, &c.

ALIA ICTERICIÆ EX MORBO VENEREO CVRÆ.

As saliorū vnciæ sex, mercurij martis hoematini drachmæ duæ, vitro recondita sinantur donec in oleitatem abeant, colentur per pannum. Dosis est guttæ tres in sex, cum ouo sorbili.

DE IGNE PERSICO.

CVra primū inchoatur per ablationem carniū ambustarū, & separationē à bonis, emplastro hoc. Colophonix libræ tres, liquorum myrrhæ vnciæ sex, de gummi quatuor libra semis. Fiat emplastrum, & superponatur loco in quo viuum & adustum sese contingunt, mox cessabit incendium, & adustū à viuo separabitur.

CARNIVM RECENTIVM CVRÆ.

Aque salis ex raphano vncia vna, ex calicula vnciæ tres, succi plantaginis digesti vnciæ octo. His permixtis manè & vesperi ligandum.

ALIVD REMEDIVM AD EVNDEM EFFECTVM.

Succi chelidoniæ, aluminis rupei, aqua aluminis iameni ana vncia vna & semis, nitri resoluti scrupuli duo, commisceantur in prædictum vsum.

CERATVM AD EVNDEM EFFECTVM.

Olei de frumento, olei ouorum ana drachmæ duæ, olei de glandibus vnciæ quinque, ceræ, picis communis, ana ad pondus omnium, componantur in ceratum ad vsum vt supra.

ALIA

ALIA IGNIS PERSICI, VEL

PRUNA CURA.

DVplex est, prior antequam morbus ortum cōfirmet, posterior postquam dudum senuit.

PRIOR CVRA.

Spermatis ranarum libra semis, camphorę vncię tres, myrrhę, thurisana vncia vna. Rectificentur ad solem digerendo. Hoc liquore madidi panni linei superponantur, idque tam sæpe donec mitigetur, ac cesset omnis dolor.

POSTERIOR CVRA.

Terebinthinę induratę librę duę, oppopanacis libra semis, colcotharis vncię tres. Reducantur in emplastrum, cui poterit addi mel despumatum calens, & attenuatum, vt in eo liquore panni intingiqueant, qui secto membro superponantur. Induratio terebinthinę habetur tractatu secundo.

ALIA IGNIS PERSICI CVRA.

Litargyrij libra vna, realgaris rubei vncię duę, salis armoniaci vncia semis. Commisceantur decies vel duodecies cohobando, id est toties destillatum ad suas feces affundendo. Addi possunt ad eius preparati litargyrij pondus, æquale pondus omnium simul quę sequuntur. Vitrioli correcti vncię quatuor, gallarum drachma semis, thuris vncia vna, aceti & vini quod satis sit. Utendum est eo remedio tam diu, donec membrum nullos vapores emittat amplius.

ALIA IGNIS PERSICI CVRA.

Calaminaris crudi libra semis, aquę nenupharis vncię sex, aluminis plumosi vncia semis. Reducantur in digestionem equino fimo

CVRÆ MEDICÆ PARACELSI.

no fimo diebus octo, postea destillentur. Hęc est Geberi descriptio, in qua Petrus de argillato plurimum errauit. Addi possunt ad eius preparati calaminaris vncias sex, aque vitrioli, gallarum, vt supra, vel quantum sufficit.

DE IVNCTVRARVM DOLORIBVS.

MAsticis vnciæ sex, terebinthinæ vnciæ duę, galbani vnciæ quinque. Destillentur per alembicum. Addi possunt ad eius destillati masticis vncias sex, olei laurini destillati vncia vna, vini ardentis, aceti ana drachma vna. Fiat vnguentum.

DE LACTIS PRODVCTIONE MV-

lierum vberibus lactantium.

CRystalli libra vna, aque entali librę duę. Fiat mixtura per inabitionem, quæ reuerberanda est viginti quatuor horis, vt ex libra verto fiat, id est quarta pars librę. Dosis est drachmę duę. Addi possunt ad eius reuerberati crystalli spermatis melissę, lactuce ana vncia semis & drachma semis. Fiat puluis cum aqua amygdalina propinandus.

DE LENTIGINE.

Heliotropij vel melissæ, gamandreę ana vncię tres, mannę electę vncia semis, spermatis ceti, baccarū lauri ana drachmæ decem, aquarum melissę, verbenę, valerianę ana vncię quinque. Fiat potio, cuius dosis est à quatuor in quinque vncias, quamprimum incipiunt exire. Si reubarbarum addatur, non exhibunt amplius, sed haud bonum est. Heliotropium herba solaris penes Paracelsum est melissa.

ALIA

ALIA LENTIGINVM PRAVARVM CVRA.

Refinae abietis, colophoniae, terebinthinae ana libra semis, cerae virgineae libra vna & semis, ammoniaci, myrrhae ana vnciae tres, realgaris fixi drachmae tres. Fiat vnguentum. Si forte sit debilius aut tardiùs curet, sequenti hoc vtendum erit.

Olei realgaris, olei de aquila fixa ana drachmae duae & semis, olei de vitellis ouorum drachma vna, terebinthinae lotae vnciae duae li-
targyri acetosi vncia semis. Fiat vnguentum.

PVLVIS AD LENTIGINES.

CRoci martis, florum æris, operimenta fixa ana vncia semis. Fiat puluis. Destillatur etiam aqua ab aquila fixa, vel à realgare fixo, ex herba lentiginosa nomine, qua locus abluatur singulis diebus semel.

DE LEPROA.

Antimonij libra ana, aceti destillati & acuti librae quatuor, tartari crudi albi libra semis. Terenda terantur, & in digestionem cum aceto dicto ponantur. Postmodum extrahatur oleum rubeum per retortum. Addi poterunt ad antimonij præparati huius vnciam vnã, olei de fecibus vini drachma vna, olei amygdalarum amarum scrupuli nouem. Commisceantur, & eo qualibet septimana semel aut bis leprosus locus inungatur.

ALIA LEPRÆ, VEL ELEPHAN-
tiasis cura.

Reducatur aurum in primam materiã, id est in mercurium suum, qui rursus coaguletur in solidam consistentiam, & adhibeatur per annum, nec bene curari breuiori tempore poterit. Abstinentium interea ab alijs remedijs.

Dosis est scrupulus vnus, in drachmam.

Y

ALIA

CYRÆ MEDICÆ PARACELSI.

ALIA MORBORVM LEPROSORVM, PVSTV-
larum, paralysis, gutta specierum, & hydropi-
sis humida cura.

Mercurij coagulati albuminibus ouorum vncia vna, aquæ alu-
minis vnciæ sex. Destillentur in cineribus, & inde fiat puluis.
Dosis est grana tria in quinque. Alia cura habetur supra, vbi de hy-
drophorbia agitur.

DE LETHARGIA, PARALYSI, ET
stupefactione membrorum.

Aluminis plumosi vnciæ sex, aluminis colcotharini resoluti vn-
ciæ quatuor & semis, salis armoniaci drachmæ tres. Reducan-
tur in resolutionem. Addi possunt ad eius præparati aluminis vn-
ciam vnam, sanguinis draconis, vnciæ tres, liquoris mumiaæ drach-
mæ septem. Fiat vnguentum, quo locus lethargiæ in occipitio, &
in principio nuchæ perungendus. Insensitiua nanq; virtus ex plu-
moso procedit, quapropter inde est petenda cura.

DE LVPO.

Realgaris crystallini vncia vna, olei ardentis vnciæ duæ, cerussæ
drachmæ duæ. Fiat vnguentum, quod circum vlcus applicetur,
vt non subintret. Ligaturæ sunt innouandæ singulis duodenis ho-
ris in sextum vel septimum diem. Ablata postrema ligatura, tan-
tis per est abstinendum, donec loci vestigium ita circumscriptum
abeat, & per seipsum. Quo facto lauetur manè & vesperi hac aqua,
& emplastro infra scripto ligetur iuxta communem vsum.

AQVA AD LVPM, ET CANCRVM
abluendum.

Aquarum glutinis aquei, rosarum ana vnciæ sex, parthenionis
vnciæ quinque.

EMPLA-

EMPLASTRUM AD EVNDEM EFFECTVM.

Olei lini libra semis, viridis æris, ceræ ana vnciæ tres. Coquantur simul in ceratum, & addantur bdelij colati vnciæ duæ, ligetur pro consuetudine.

DE LYPO, NOLI ME TANGERE, ET

pustulosis vlceribus.

FVmi aut fimi metallorum drachma vna, mercurij martis hœmatini drachmæ tres, liquoris bdelij ad pondus omnium. Digerantur affusa aqua parthenionis ad libitū, applicetur singulis duodenis horis innouando.

Alia cura habetur ibi de herpeta mordace, & æstiomeno dictam est.

DE LYENTERIA.

CAchimia præparatæ ad diarrhoeam, gummi arabici dissoluti in aqua plantaginis. Reducantur secundo gradu ignis ad bolū formandum, vel pastam vt infra. Addantur ad eius præparati vnciam vnā, croci martis drachmæ duæ, corallorū rubeorū drachma semis, theriacæ quantum sufficit ad formandum bolum. Dosis est à drachmis duabus in tres vel quatuor, manè & vesperi singulis diebus.

DE MACVLIS IN FACIE.

ANimal, fruticem, vel fructum illi similem cuius figuram aut simulacrum ipsa macula refert, viuum vel virens superligetur, tantisperque relinquatur donec per se, vel moriatur, vel exiccetur, aut putrescat. Hac via macula tantum à carne tollitur, nondum tamen à cute, nisi prius illeueris eā aqua forti vel regia, tum demum cutis nigrescens corroditur, emortuaque decidit post quindecim dies, alia postmodum eius loco renascetur naturali similis.

CYRAE MEDICAE PARACELSI.

DE MACVLIS IN CVTE TOLLEN-

dis, & noua cute reconfilianda.

Postquam specifico corrosiuo cutis maculae fuerint ablatae, uti supra legitur in specificis remedijs secundo tractatu, balsamo ad vlcus ibidem etiam posito, noua cutis carni suae superducitur.

DE MALO MORTVO, CVRA

per cauterium.

Sulphuris liquefacti, liquoris de colophonia, olei de carabe ana vnciae quatuor, thuris vnciae tres, resinae abietis vnciae septem. Fiat mixtura super ignem, vngatur calide singulis diebus duodecies, & aperietur.

DE MATRICIS PROFLVIO.

Hoematitis vncia vna, olei nucis muscatae, olei granorum actis, petrolei ana scrupuli quatuor. Miscantur omnia simul in compositum vnum, de quo detur scrupulus vnus cum aqua rosacea, in qua radices plantaginis coctae sint. Hoc medicamento sistuntur profluvia absque vllis doloribus aut conuulsionibus: si quae forte sub ista cura contingant, signum est lapidis. Addi potest ad huius praeparati hoematitis quod ex dicto composito resultat, aquae marubij, melissae ana vncia vna, miscerique simul. Dosis est a drachma semis, in drachmam vnam & semis.

DE MATRICIS SVFFOCATIONE.

Vitrioli a phlegmate separati, & a suo colcothare purgati drachmae duae, pulegij vnciae tres, alcoolis vini vncia semis. Reducantur per destillationem. Dosis est scrupulus semis, & nonnunquam integer. Addi possunt ad eius liquoris vitrioli grana septem, granorum

rum actis drachma vna, alcoolis vini drachma vna & grana septē. Fiat compositio quæ ponatur super umbelicum. Si cum vomitu suffocatio fiat, vtendum erit priore præparatione vitrioli per os, vt supra.

DE MATRICIS DOLORIBVS, HECTICA,
& pleripneumonia.

AVri extincti per aquam chelidonix drachmæ tredecim, mirabolanorum indorum, chebulorum ana drachma vna. Digerantur diebus septem, & separetur tandem aquositas à medicina. Dosis est à scrupulo ad drachmam vnam. Addi possunt ad huius præparati scrupulum vnum, olei nucis muscatæ vncia vna, olei cariophyllorum drachma vna. Dosis est scrupulus semis, vsque ad integrum.

DE MELANCOLICIS MORBIS TI-
midorum, incantatorum, vel obfessorum.

COrallorum rubeorum vncix tres, visci quercini hippericonis ana vncix quatuor, styracis calamitæ, ladani gummi ana drachma vna & semis, vrinæ destillatæ libræ duæ. Reducantur in decoctionem cæco alembico, & postea destillentur, destillatum ad feces affundatur, iterumque fiat vt supra. Hoc modo coralla magis ac magis rubent atque durescunt, ideo semper terenda. Addi possunt ad præparati coralli huius drachmas octo, angelicæ drachmæ quindecim, visci quercini vncia vna & semis. Misceatur cum aqua hypericonis. Dosis est vncia semis vsque in drachmas sex.

DE MENSTRVIS.

Hoematitis vncix quatuor, masticis dissoluti vncix decem, carabis vncia vna & semis. Fiat mixtura cū decoctione per aquam
Y 3 aluminis,

CVRAE MEDICAE PARACELSI.

aluminis, abluatur postmodum. Vbi materiam prædictam diutiùs quis decoxerit, fiet inde pasta quædã mollis, ex qua trocisci formari poterunt ad vsum, vt supra. Notandum interea menstrua mulieribus sistenda dumtaxat ea, quæ ipsis natium colorem adimunt, viresque naturales præter consuetudinem, alioqui facilè committitur error. Addi possunt ad eius hæmatitis præparati vnciam vnã piperis longi, nucis muscatæ ana drachma semis, cinerum rubetarum scrupuli quatuor. Fiant inde trocisci cum aqua mentæ. Dosis est à scrupulo vno ad duos.

ALIA MENSTRVORVM CVRA.

MArcafitæ præparatæ ad restrictionem sanguinis in vulneribus infra, vncia semis, misceatur eum tanta scandaraca, vt satis sit ad formandum vnguentum. Perungatur umbelicus semel, bis, vel ter.

MENSTRVORVM PROFLVVI RESTRICTIO.

COrallorum rubeorum vncia semis, olei mirtilorum drachma vna, olibani vncia vna & semis, salis fusi vnciæ duæ. Misceantur, & ignis quarto gradu reuerberentur horis duodecim, non diutiùs, & postmodum aqua plantaginis abluantur.

Addi possunt ad corallorum præparatorum drachmam vnã, feminum tanaceti, plantaginis ana scrupulus vnus & semis. Fiat puluis cum bono vino, & sale modico in ouo sorbili sumendus per os alioqui non iuuabit.

MENSTRVORVM PROVOCATIO.

Liquoris pulegij, artemisiæ ana vnciæ tres, vini correcti vnciæ septem. Liquoris splenis bouis castrati vncia vna, reducantur ad mixturam. Dosis est vncia semis manè & vesperi. Addatur aqua ex fructibus fauinæ, vel oleum ex granis eiusdem.

DE MOLA MATRICIS.

Eius cura duplex, prior per expulsionem, posterior per conseruationem.

EXPVLSIVVM REMEDIVM.

CRoci orientalis vncie quatuor, boracis, carabis ana vncia semis, scamoneæ drachmæ sex, lapidis lazuli drachma vna. Fiat pessarium cum oppopanacis succo inspissato. Animaduertendum tamen, hoc medicamentum tutò adhiberi minimè posse, nisi molæ adhuc parue, vt per vterum exire valeat. Ante partus terminum: si quis magnam expellere molam conatus fuerit, morti mulierem exponet.

PRAESERVATIVVM IN MOLA.

AGarici trociscati vncia vna, euphorbij vncia semis, oppopana-cis colati & inspissati ad pondus omnium. Fiat pessarium, quo vtendum priusquam mola magna fiat. Et si per noctem vnã nō desierit, cessandum est à medicamento quouis, quia signum est generationis prolis.

MORBI VENERII EX CA-

duco cura.

Sanguinis separati vncia vna, vel olei camphoræ scrupulus vnus, aut Liquoris vitrioli grana quinque. In istorum vno mercurij corporalis grana quinque exhibeantur.

DE MVLIERVVM DOLORIBVS.

SMaragdorū præparatorum scrupulus vnus, liquoris melissæ drachma vna, abrotani vnciæ duæ. Fiat mixtura. Dosis est à guttibus in sex.

CVRÆ MEDICÆ PARACELSI.

DE MORO.

Oleorum, iuniperi vncia vna, spicæ drachmæ septem, laterini tantundem vt istius posterioris. Fiat mixtura qua morbus perungatur & euanesçet. Purgetur sanguis.

PVRGATIO SANGVINIS.

GAmandræ, cichoreæ ana, coquantur aqua munda, & decoctū bibatur manè & vesperi multis diebus.

ALIA MORI CVRA.

Olei benedicti vncia vna, masticis vncia semis, misceantur, & inungatur morus manè & vesperi.

DE MORSIBVS SERPENTVM, ET

aliorum venenosorum animalium.

Mitridatij vnciæ duę, theriacę vncia vna, corallorum rubeorum pulueratorum vncia vna & semis. Dentur in potum, si nō iuerit administretur aurum diaphoreticum, vel ladanum, aut materia perlata, vel gemmarum dissolutarum essentia. Ad superponendum vulneri sticticum hoc fiat emplastrum.

EMPLASTRVM.

Litargyrij aurei, mumię ex gummi factę ana vncię tres, gummi vncię duę. Hoc vtendū tantisper donec vulnus meliùs habeat. Deinceps communioribus emplastris sticticis absque additione gummi infra scriptis, curari poterit. In istis occurrentijs prigritudum non erit.

DEFENSIVVM HOC LOCO NECESARIVM.

FLorum verbasçi, rutæ, hypericonis, rosarum ana quantum volles. Ponantur cum aceto ad solem digerenda, & quum opus erit calida superponantur venenato vulneri.

DE

CVRÆ MEDICÆ PARACELSI.
DE MORSIBVS ARANEARVM,

89

*salamandarum, bufonum, vel rube-
tarum cura.*

Contra morsum aranæ valet terra sigillata vera. Contra morsum salamandræ vel stellionis valet axungia solis. Contra morsum rubetæ magnæ vel bufonis etiam valet terra sigillata vera, non ea adulterina & supposititia quæ venditur passim in officinis. Terra quædam è fodinis metallorum eruitur excellentissima, rara & chara, quam vulgò sancti Pauli terram vocât, ad intrinsecã curam hausta cum aliquo liquore, & ad forinsecam salina dissoluta vulncrique superposita maximè curat præ ceteris.

MORSVS RABIDI CANIS CVRA.

Fiat purgatio fortis absque respectu personarum, per vomitum atque secessum, idq; coloquintida, vel agarico, esula, succo, corticum sambuci, reubarbaro, vel similibus. Extrinsecus autem refrigeretur vulnus sperniolo, vel spermate ranarum, oleo mandragoræ, &c. Curetur fodicorum vulnerû sucticis emplastris, in quibus non sit pix græca.

Si rabies non remitteretur, aut mitigaretur, administranda fuerit opiata ex vsu consueto, rabiem enim aufert.

Optimum omnium hoc loco est sulphur extractum ex vitriolo per calcinationem & præparationem, vt habetur secundo tractatu.

MORSVS RABIDI CANIS ALIA CVRA.

Detur patienti aqua frigida, vel ceruisia bibenda, tanta quidem abundantia vt nauseam inferant, vomitumq; plurimum. Cibibus quoque frigidissimus adhibeatur eadem superfluitate, & administretur serum lactis in quo bullierint folia rosarum, & senæ, cum pauca benedicta laxatiua.

Z

MOR.

CVRÆ MEDICÆ PARACELSI.
MORSVS VIPERARVM CVRA.

Detur patienti hauriendum per os oleum, in quo calybs ardens extincta sæpius fuerit, ad libram vnam huius olei addantur vnciæ duæ pulueris corallorum rubeorum, & specierum de gemmis vncia semis. Primus potus sit calidus, reliqui verò frigidi, singulis diebus quinquies. Deinceps potus eius patientis, vinum sit optima theriaca permixtum, haustu quouis cum drachma semis corallorū rubeorum. Continuandę potiones istæ donec signum euidens alicuius salutis appareat. Vbi nimia sitis prefferit, administretur lac calidum vnā cum puluere corallorum. Si mors in propinquo videatur adesse, administretur ladanum ex nostris arcanis, vt supra docetur suo loco. Philonium persicum etiam eiusmodi potionibus admixtum est optimum.

DE MORPHEA.

Huius cura duplex, prior in modum guttæ rosaceæ, posterior, vt in malo mortuo.

PRIOR CVRA.

Llitorum conuallium libra semis, mercurij hoematini superius præscripti drachma vna. Digerantur ad solem, & per alembicū destillata abluantur signa morpheæ, singulis diebus ac sæpius donec abeant. Melius tamen ac tutius erit in potum intrinsecus administrari, quàm forinsecis ablutionibus, quibus à radice curari non bene possunt.

ALIA MORPHEÆ CVRA.

Antimonij puluerati libra semis, tartari calcinati, aluminis ana tantundem. Stratificentur, & reuerberentur ignis quarto gradu. Ad eius antimonij præparati vnciam vnam, addantur traganthi

canthi arabici, muscilaginis consolidæ regalis, muscilaginis seminum psyllij ana vnciæ duæ. Fiat linimentum, quo perungatur morphea, item alopetia, bis qualibet septimana, calidè se continente patiente. Nascentur squamæ quædam, quæ etiam decident. Curentur vnguento hoc: Sperniolæ, camphoræ ana drachma vna & semis, olei de cerussa drachmæ tres, vngatur octo diebus continuis à casu squamarum.

DE MERCVRII EXTRA CORPVS HV.

manum extractione, à cura morbillorum, venereorum malè practicata.

Tribus modis expelli potest, primo per corallatum, secundo per aurum diaphoreticum (vtrunq; supra tractatu reperitur præscriptum) tertio verò per balneum Iassæ quod sequitur.

BALNEVM EX IASSA.

Assæ veteris, persicariæ, aquilegiæ, & serpentinarum specierum quantum sufficit, coquantur in aqua sulphurea thermarum, in quibus ægris imperetur balneatio. Hac ipsa mercurius à membris expellitur, vt in posterum ad aliorum medicamentorum susceptionem reddantur idonea nullo etiam respectu quorumuis accidentium habito.

DE NACTA MVLIERVVM VBERVM.

Cvratu vnguento oppodeltocho præscripto supra tractatu secundo.

DE NATHA VEL NASDA.

Fecum vini vnciæ decem, vini ardentis vnciæ quatuor, axungia vulpis vnciæ quinque, olei anctini ad pondus omnium. Fiat vnguentum.

CVRÆ MEDICÆ PARACELSI.

DE NOLI ME TANGERE.

Resinæ abietis libra vna, farinae ordei vnciæ sex, resinæ pini vnciæ octo. Reducantur in ceratum. Si tamen attigisset periodi sui medium aut finem, mortificatio præcedat qua minuatur ærugo.

MORTIFICATIO.

Realgatis crystallini vncia vna, coquatur in aceto duabus horis, vsque ad exiccationem. Affundatur olei maioranæ vncia vna. Miscantur, & hoc oleo perungatur forinsecus, vnguentoque ligetur. Maneat immotum vnguentum duobus diebus naturalibus, post quos sanies vel pus & aqua profluent. Quibus perceptis, mundificatiuum infra scriptum superponatur, donec putredo nulla superfit.

MUNDIFICATIVVM.

Picis naualis, visci pini, visci abietis ana libra vna, visci ex locustis delarice libra vna & semis, larignæ vnciæ tres. Mixta liquefiant vnâ cum olei & ceræ partibus æqualibus, ad emplastri compositionem, & superponatur.

CONSOLIDATIVVM.

Ceræ, picis cõmunis ana libra semis, aristolochiæ vnciæ tres, mumiæ vnciæ duæ, antimoniij vnciæ quatuor. Fiat emplastrũ quo manè & vesperi ligetur.

¶ Alia cura habetur vbi de tentigine obscura & praua agitur infra.

¶ Item & alia supra vbi de lupo.

DE OCVLORVM ALBVGINE.

Tvtia prunis candentis instar ignita in lacte muliebri, vel alio ob illius defectum, extinguitur. Postea maceretur in aqua rosacea
per

per noctem integram. Tum demum hæc aqua superligetur albugini, & tolletur. Addi possunt ad eius præparatæ tutiæ drachmam unam, vitrioli albi drachmæ septem, camphoræ tritæ scrupulus vnus & semis.

DE OCVLORVM RVBEDINE.

CAlaminaris ad scabiem infra præparati vncia vna, aceti destillati vnciæ sex. Fiat extractio tincturæ quæ postmodum exiccetur. Addi potest ad eius præparati vnciam unam, aquarum feniculi, rosarum, eufragiæ ana drachmæ tres, & fieri collyrium.

DE OCVLORVM NEVTA, CATARACTIS,
hæmoptoica, & tremore cordis.

GRanatorum destillatorum vncia semis, alocepatici drachmæ tres, sulphuris præparati vncia semis. Fiat mixtura cum saccharo clarificato. Dosis est drachmæ duæ in tres quinque diebus successiuis. Cessante pulsatione vel tremore cordis etiam cessandū erit.

DE OCVLORVM MACVLIS.

TVtiæ vncia vna, vitrioli albi, succi eufrasiæ quod fat esse videbitur. Fiat bolus cum gummi arabico, qui coquatur in linimentum per secundum gradum ignis. Addi possunt ad eius tutiæ præparatæ drachmam semis, visci ranarum drachmæ duæ, olei laterum scrupulus semis, Fiat inde collyrium ad maculas.

DE OCVLORVM NEVTA, ET ALIIS DOLORIBUS
mulierum ex partu.

Vitrioli albi drachmæ quinque, olei de filigine vncia semis, olei ex camphora drachmæ duæ. Putrescant in equino fimo per mensem, & postea destillentur per descensum. Neuta pellicula est

CVPÆ MEDICÆ PARACELSI.

innascens oculis, auribus, vel mulierum pudendis partibus ex partu, quæ destillata præscripto, cum aquis eufragiæ, rosarum, & foeniculi aufertur. Addi possunt ad oculorum dolores, ad eius vitrioli præparati scrupulum vnum, liquoris eufragiæ scrupuli duo, liquoris papaueris rubei drachma vna, & inde collyriū ex omnibus fieri.

DE OSSIVM FRACTVRA.

Symphitum tritum coctum & superpositum curat ossiū fracturas. Idem efficiunt aristolochia, & serpentaria, ac reliquæ vulnerariæ herbæ. Efficacior ad eum effectum est herba sophia cæteris.

DE PANARITIO VERME.

Panaritiū vermis oritur ex materia, ex qua nascuntur vngues, centrumque ponit in locustis, vt in digitis manuum atq; pedū. Cura triplex, vna per characteres, vt fieri solitum est in Carinthia secunda cura per superstitionem, de quibus tacendū est: tertia verò naturalibus medicamentis adimpletur, vt vnguento narcotico facto ex sperniolo ranarum, quo sacculus in formam digiti cōsutus, madefiat. Facto per sperniolum refrigerio ter quaterve, curari poterit fimo porcorum cum aceto cocto.

DE PANNO IN CVTE.

Florum fabarum vncia semis, calcis ouorū vnciæ duæ, salis peregrinorum libra vna, aquæ cōsolidæ, alcoolis vini ana vnciæ quindecim. Destillentur alembico, & hac lauetur aqua pannus cutis, & fiet albior alia cute.

ALIA PANNI TINCTVRA.

Aluminis plumosi, scisci ana libra vna. Destillentur, & addantur destillato camphoræ vncia semis, sigilli Salomonis vnciæ duæ. Rursum destillentur in aquam, hac lauetur.

DE

DE PARALYSI, TREMORE COR-
dis, & synthema.

AVri puri & purgati à mineralib⁹ drachmæ duæ, aquæ salis gem-
mæ vnciæ sex. Reduc in vnum, & separa per alcool vini. Postmo-
dum addatur croci drachmæ duæ, & alcoolis correcti tantundem
Miscantur in vnum, cuius dosis est à granis tribus in quatuor vel
sex. Addi potest ad eius præparati scrupulum vnum, aquæ lauen-
dulæ correctæ, alcoolis vini, aquæ spiculæ ana vncia vna. Dosis est
scrupulus vnus.

ALIA DE PARALYSI, GVTTA, MEMIPLEXIA,
& speciebus eius, cura.

RAdicis ellebori præparatæ vt pro podagra, & epilepsia reperitur,
drachmis duabus purgetur patiens, idq; sæpius eadem dosi per
vicem. Tandem aggredi per animam tractam ab esse animato cu-
ram, tuto medicus poterit (puto balsamum ellebori, de quo suo le-
co dictum inter alia balsama) & eo quod reliquum est ab extractio-
ne, tota paralytica pars corporis perungatur: etsi cutis vnctionibus
auellatur, minimè curandum, quinimò progrediendum, donec
patiens ea parte caliditatis tres gradus percipiat. Postmodum ad-
iuncto suis fecibus ipso esse animato semper vngendum vsque ad
terminum tertij gradus mobilitatis. Postremò tandem ad com-
plendam curam, vtendum est naturalibus thermis per se, confor-
tatiuis duntaxat adhibitis, & calefactionibus. Alia paralytis cura ha-
betur ibi de lethargia, & membrorum stupefactionibus.

DE PESTILENTI CARBVNCVLO.

BVfones aut rubetæ maiores, per fossiæ baculo viuæ siccentur in
ymbra. Occurrente necessitate super pestilentem carbonem

CURAE MEDICAE PARACELSI.

inuoluta linteo panno ponatur ac superligetur, intumescet viua maior, & imbuto veneno totum ad se trahens excipiet. Si vno bufone satis non erit, alterum adhibeatur vel plures, donec amplius non intumescant, signum id erit extracti penitus veneni: si autem apostema fuerit apertum, efficacius erit remedium, sin minus attractio nihilo secius fiet. Curetur postmodum oppodeltochijs, & sticticis emplastris, & vnguentis attractiujs.

PESTIS EPIDEMICAE

cura intrinseca.

PRæparati maximi mercurij granum vnum & semis, theriacæ alexandrinæ scrupulus vnus, alcool vini rubei, in quo apiarium herba vel melitena macerata fuerit, vncia semis, decocti prunellæ vncia vna, valerianæ drachmæ sex. Misceantur, & fiat potio que venenum extirpat virtute diaphoretica, excitatque sudores egris in lecto coopertis.

Addi possunt in augmentum virtutis & efficaciam, ad eius potionis drachmas duas, liquoris orizontis, id est auri, gemmarum ana scrupulus semis, aquarum destillatarum fumaricæ, cichorij, chamædriosana drachmæ tres, alcoolis vini rubei vncia semis. Fiat potio diaphoretica.

DE PESTE, ET PLEVRESI.

Sulphuris viui libra vna, colcotharis, salis fusi ana tantundem. Trita mixtaque reducantur in eleuationem, & sublimatum rursus eleuetur quater aut pluries, quò sæpius eò melius.

Addi potest ad eiusmodi sulphuris eleuati vnciam semis, olei nucis muscatæ drachma vna, aquæ veronicæ præparatæ ad pondus omnium & haustus fieri.

DE

DE PLEVRESI.

Salis nitri libra semis, tartari crudi libra vna. Destillentur per sextum alembicum. Dosis eius est scrupulus vnus vsque ad vnum & semis, in aqua fontana lymvida, vel in optimo vino, ter quouis die, manè, sub meridiem, & vesperum propinetur, & sub mediam noctem. Addi possunt ad eius præparati drachmas duas, aquæ cæsaris scrupulus vnus, alcoolis vini exiccati drachmæ quindecim. Fiat mixtura. Dosis est drachma semis in vnam & semis.

DE PODAGRA.

Maximi præparati mercurij vncia semis, aloes optimè lotæ aqua destillata ex chamepitios, drachmæ duæ, antimonij reuerberati scrupulus vnus, croci martis è calybe correcti drachma semis, musci recentissimi grana quatuor, ambraë fuluæ grana tria. Fiat massa cum essentia stecados massiliensis, in qua grana quinque aut sex olei vitrioli fuerint infusa. Formentur pillulæ pisorum instar, & à quinto vel sexto die, medijs intermissis, detur vna deglutienda. Postea locus doloris inungatur oleo ceruino calido, cuius formula hæc est.

Sanguinis ceruini tres canthari, destillentur per alembicū igne lento tantisper, donec phlegma torum ascenderit, & color citrinus tandem appareat, per athanor tandem igne vehementissimo pelatur oleum dum ascendere volet. Postremò deinceps ad quartum gradum ignis progrediendo sublimetur omne quod ascendere poterit. Sublimatum fracto vase colligatur, & cum oleo suo commisceatur. Hoc mixto partes dolentes & podagricæ aliquot septimanis à purgatione inungantur. Vinum ordinarium bibat patiens: cum radicibus cariophyllatæ dum aghuc herba viret, & cum acoto vulgari etiam viridi, feruefactum sit ac expurgatum. Hac via tolluntur à radice penitus podagrici dolores.

CVRÆ MEDICÆ PARACELSI.

ALIA PODAGRÆ CVRA, ET

specierum eius.

RAdix ellebori nigri deficiente luna, sub libræ signum, & sub planeta veneris euulsa, flatibus quoque venti borealis ad vmbra exiccata, & puluerata, pondere duarum drachmarum administretur, tribus diebus successiuis priusquam dolores percipiãtur (quod quidem à dolore dentium, capitis, oculorum, aurium, & reliquorũ membrorum præcedente, cognosci potest) purgatur eo medicamento patiens vt solùm ad curam suscipiendam, ista dispositione fiat idoneus. Veteres olim purgabãt hoc ipso remedio sæpius, absq; vlla additione. Verùm ego (Paracelsus ait) additionem hanc vtilissimam esse comperi. Addatur essentia specificata vitrioli, atque tartari, de quibus supra diximus tractatu secundo. Eiuscemodi remedijs cuncta membra penetrantibus, radix euellitur podagrica.

DE POLIPO.

CVra fieri debet incisione, & oppodeltoch applicatione, vti supra habetur de alcola.

DE PORRO ET CALLO.

OLeum ex baccis iuniperi, besonnæ, agarici ana drachma vna, fellis boui castrati quantum sufficit ad vnguentum, quo porrus vngatur atque ligetur dies & noctes, quò sæpius eò melius calli exiccantur & putrescunt. Curetur postea per oppodeltoch.

ALIA EIVSDEM CVRA.

REalgaris scrupulus vnus, olei vitellorum ouorum drachma semis, calcis extinctæ quantum sufficit in vnguentum formandum. Hoc putrefacit, & exiccat in nigredinem.

DE

DE PROFLUVIO.

ARgenti limati vncia vna, reduc in calcem per aquam fortem. Eius calcis drachmæ duæ, tartari crudi vncia semis, reducantur ignis gradu quarto, & extrahatur alcali. Aqua fortis fit, ex nitri, aluminis, & vitrioli ana libra semis per consuetam destillationem. Alcali ad hunc modum. Affundantur ad calcem alcoolis vini, aquæ chelidoniae ana vnciæ decem, fiat alcali pro more solito. Dosis est scrupulus vnus ad vnum & semis.

DE PRURITU, SCABIE,

& furfuribus.

ALuminis rupei lipra vna, aluminis iameni libra semis, fiat mixtura pro scabie.

A L I A.

ALuminis plumosi, entali ana libræ duæ, fiat mixtura pro pruritu.

A L I A.

Vitrioli, aluminis scisci ana libra semis, fiat mixtura in saphatis & furfuribus.

DE PVLVERIBVS AD VVLNERA.

CRoci martis, croci veneris, croci saturni ana vncia semis, mercurij dulcis drachma semis, fiat puluis.

DE PVSTVLIS EX HYDROPI SI

productis.

Liquoris tartari vncia vna, vitrioli scrupulus semis, aquilæ liquæ factæ grana quindecim.
Mixta propinentur ægro.

CVRAE MEDICAE PARACELSI.

DE PVSTVLIS FODAGRICIS.

Mumiæ veræ libra semis, axungiaë vulpis libra vna, fiat vnguentum per se, & eo vngantur biduo partes affectæ. Deinceps bibat æger infra scriptam potiunculam. Liquoris hermodactilorum, ellebori foliorum ana vncia semis, aquilaë hoematinæ grana sex, fiat potio haurienda mane quinto quoque die vngendum inter.

DE PVSTVLIS EX CATHARRO.

AVri foliati scrupulus vnus, mercurij corporalis hoemadini ex saturno tracti grana sex, mixta quinto quoque die exhibeantur, idque ter ad purgationem corporis. Item ad confortationem & corroborationem debilitatæ naturæ, exhibeatur ladanum ex Paracelso, vel perlarum essentia in aqua vitæ.

EARVNDEM CVRA CATHARROSA.

CAriophyllatæ compositæ, id est aquæ ex benedicta destillatæ, in formam aquæ vitæ scrupuli duo, mercurij corporalis ex luna grana quinque. Mixta septem diebus exhibeantur.

DE PVSTVLIS EX GONORRHEA.

Balsami mumiæ vncia semis, mercurij veneris scrupulus vnus, permisceantur, & cum aquæ raphani maioris scrupulo vno exhibeantur tam diu, donec foetor nullus, nulla sanies, & sanguis nullus per vrinam effluat.

DE PVSTVLIS MENSTRVALIBVS.

Liquoris auri scrupulus vnus, mercurij iouis liquefacti grana quindecim, liquoris melissæ drachmæ tres. Commixta simul digerantur diebus octo, & istius mixturæ grana tria singulis diebus
mane

mane cum aqua pulegij exhibeantur. Isto remedio nimius fluxus restringitur, consistentes aut retenti euocantur, & genuinus color restituitur.

DE PVSTVLIS EX VARIIS MORBIS.

Essentiæ vini de chelidonia drachma semis, mercurij saturni hoematino more præparati vncia vna & scrupulus semis, exhibeantur altero die quolibet in curam vsque finitam.

DE PVSTVLIS IN GENERE.

Olei realgaris quantum sufficit, vngantur eo pustulæ singulis diebus ter quaterve, citra vllas cicatrices decident, & si quæ apparerent, oleo saturni, vel mercurij perlitæ disparent.

DE PRVRITV, SCABIEQVE

venerea.

Aluminis libræ decē, vitrioli libra vna, tartari calcinati libra semis, salis fusi librę tres. Conijciãtur omnia in aquã in qua lupulus maceratus fuerit prius, in ea balneare poterũt egri. Si verò inueterata scabies fuerit, in quarta parte vitrioli dissoluti, mercurius calens extingatur quater, & vngatur eo scabies. Poterit ista materia coagulari ad hunc modum: Aluminis calcinati, plumosi ana vncia vna, tartari calcinati, vitrioli colcotharini ana vnciæ quatuor, aluminis rupei, salis nitri, vitrioli crudi ana libra vna, casei præparati in viscum ad pondus omnium. Permixa simul omnia reducantur in pulres, quæ in ære durescunt instar cornu. Quum vtendum erit, aqua calida resoluantur, &c. Sal ex parthenione, serpentina, & brienia confectum, & in præscriptam dissolutionem iniectũ, scabiem atque pruritũ ex morbo venereo perfectissimè curat. Itẽm phlegma à sale nitro destillatum, cum aqua thermarum confusum, mercurij vires longè superat in curatione hydropicorum vlcera, ex venereo morbo prouenientium.

CVRÆ MEDICÆ PARACELSI.

Idem in herpeticis pustulis venereis phlegma vitrioli præstare potest, sed longè plura oleum. Item aqua tartari hausta, morbum ictericum, ac alios qui ex menstruis oriuntur, & initia læpræ tollit. Oleum verò tartari rectificatum, hydropica vlcera curat, iniectum aquæ thermarum.

ALIA SCABIEI ET PRVRITVS CVRA.

CAlaminaris abluti & puri ana vncia vna, vnguenti agrippini vncia quatuor, vnguenti florum æris vncia semis. Fiat mixtura. Addi possunt ad eius præparati vnciam semis, emplastri apostolici vncia sex, camphoræ drachma vna. Fiat emplastrum.

DE PHLEGMONIBVS.

OLei ouorum vnciæ sex, olei camomelini vncia vna, serapini galbani ana drachmæ sex, visci de abiete vel pino ad pondus omnium, farinæ ordeï, fabarum ana quod sufficit in vnguentum effingendum. Lauabis verò manè & vesperi melle & aqua salis ad loturam permixtis.

DE PVRGATIONE SANGVINIS.

Lege supra in cura mori.

DE RAGADIIS, PER PESSARIUM CURA.

ALoe succotrini vncia vna, radicis aristolochiæ rotundæ vnciæ tres, terebinthinæ lotæ quantum satis est. Fiat pessarium ad sufficientem longitudinem.

ALIVD PESSARIVM.

Terebinthinæ lotæ vnciæ 6. albi græci vncia vna, ceræ vncia semis, puluerū agrimonix, consolidæ, pyrole ana quantum sufficit pro incorporatione. Fiat pessarium.

SPARALLIVM AD MVLIERES.

MVscilaginis psyllij vncia vna, olei amygdalarum amararū vnciæ tres, succi florum tapfi vnciæ sex. Fiat sparalliū in quo linteam eiusdem longitudinis cuius ragadia fuerint intingatur & indatur pudendo muliebri, maneat horis tribus, postea rursus intingatur & indatur.

PVLVIS AD RAGADIA.

MVmiæ vncia vna, laccæ rubeæ vncia semis, pulueris corticum arantiorum, antimonij ana vnciæ duæ, chimoleæ drachma vna & semis, cachimiæ drachmæ quinque: fiat puluis.

DE RANVLA.

EST apostema quoddam ex venis quæ sub lingua sunt, accumulatum, & ex radice linguæ sumens originem. Secentur venulæ dictæ vt sanguis effluat, postmodum abluantur optimè aquis brasellæ, alchi millæ, diapensia, agrimonix, vel oleo hypericonis, aut oleo de floribus centaureæ. Si rediret, iteretur eadem cura. Si parua tamen sit ranula, sæpius abluatur aquis superioribus.

DE SANGVINIS E VENA PRO-
fluentis cohibitione.

Hæc sunt quæ sanguinem fistunt.

CRocus martis subtilissimè reuerberatus.

AEs vstum vt crocus etiam præparatum.

Farina parietibus molendinorum adhærens vulneribus in spersa, donec impastent sanguinem.

Pili sub cauda leporum nascentes.

Muscilago in capitibus mortuorum nata.

CVRÆ MEDICÆ PARACELSI.

Carniolus lapis manu contentus, vel ad collum suspensus.

Cineres ex ranis adustis.

Lapis hoematites.

Lana quæ fuerit in cortice nucis longo tempore compressa.

Omnis vena quæ per ista non restringitur, per priora potissimū, difficilis & periculosa compressionis erit, nisi postquam iustū pondus effluxerit. Notatu dignum ob choleram sanguinem abundantius fluere, qui nisi sedata sisti potest: si etiam sistatur, periculum ne intrinsecus in corpore accumulatur, erit maximè metuendū. Expectandum igitur ac tutius, donec symptomatum quorumcunq; sedatio naturaliter adueniat.

DE SANGVINE IN VVLERIBUS

sistendo.

MArcafitæ minutissimè trita vnciæ duæ, olei lini vnciæ sex, misceantur & accendantur igne, ad hunc modum manebit in ea vera natura. Addi possunt ad eius marcafitæ drachmam vnam, corallorum rubeorum drachma semis, seminis plantaginis vncia semis. Fiat ex istis omnibus puluis subtilis, qui per se vulneribus inspergatur vel aceto rosaceo permixtus superligetur, & ilico sanguinem sistet. Si autem quis ob casum ab alto sanguinem expuat, ex eo bibat.

DE SANGVINIS COHIBITIONE, CVM IN

ventre, tum in hamorrhoidis.

ENtali, tartari communis ana vnciæ duæ, carabis, masticis ana drachmæ duæ & semis. Reuerberentur ignis gradu secundo, postmodum extrahatur alcali. Locus ventris profluuij est in umbelico, hoemorrhoidarū verò in spina dorsi. Addi possunt ad ventris profluuium, ad eius præparati entali drachmam vnā, boli adusti, hoc-

sti, hoematitis correcti drachma vna & semis, ac vnâ misceri. Ad hoemorrhoidas autem, ad entali dicti præparati drachmas tres, addantur corallorum præparatorû scrupuli quatuor, olei nucis muscatæ quantum sufficit ad formandum vnguentum.

DE SANGVINE CONCRETO, FORIS

& intracorpore.

FLorum verbasci manipulus vnus, hypericonis manipuli tres, radicum asclepiadis manipulus semis, mumia vncia vna, olei oliuarû recentis libræ duæ, terebinthinæ libra vna, vini rubei mensuræ duæ. Coquantur omnia simul, per septem horas, & postmodû ad solem digerantur vitro clauso. Tandem succus omnis per pannum expressus coquatur iterum ad vini consumptionem, & applicetur contusionibus extrinsecis.

AD CONCRETIONEM INTRINSECAM.

REubarbari electi drachmæ duæ, mumia vncia semis, laccæ rubæ, spermatis ceti ana drachma vna, boli armeni, terræ sigillatæ ana drachma semis, radicis hyrundinariæ drachmæ tres. Fiat puluis ac detur vice qualibet drachma vna in aqua florum tilia. toties ac expedire videbitur manè & vesperi, necnon interdium.

DE SANGVINIS REPRESSIONE.

Administrandus est in potu ladani puri, & præparati scrupulus vnus, aut præparati seminis de lolio albo vncia semis, cum lacte canabis. Item corticum insquiani decoctione madentes panni superponantur.

DE SCISSVRIS,

Radicum vrticæ minoris vnciæ sex, reponticæ vnciæ tres, consolidæ regalis vncia vna & semis, aquæ puræ quantum satis sit pro decoctione.

Bb

CVRAE MEDICAE PARACELSI.

decoctione. Supra vaporem eiusmodi decocti manus teneantur olla cooperta. Hoc fiat singulis diebus quater vel quinquies, postea purgetur sanguis ad hunc modum: Gamandreae, cichoreae ana bulliant in vino optimo, hac portione sanguis optimè purgatur.

ALIA SCISSVRARVM CVRA.

Farinae hordei, siliginis ana vncia vna, pyrolae, agrimoniae, centaureae, prunellae ana vncia semis aquae purae quantum sufficit pro decoctione.

AD SCISSVRAS VNGVENTVM.

Petrolei, axungiae cati syluestris, axungiae cerui taxa ana vncia semis. Fiat vnguentum super carbones, quo manè & serò perungendum.

ALIA SCISSVRARVM IN MANIBVS CVRA.

Quatuor gummi, oppopanacis, serapini, galbani, bdelij ana vncia vna, colophoniae vnciae duae, terebinthinae lotae vnciae quatuor. Fiat vnguentum, quod liquatum igne superligetur manibus, maneatque duodecim horis. Deinceps lauentur aqua munda, rursusque superponatur vnguentum idem calefactum. Hoc toties repetendum, quousque nullum humorem emittant scissurae, quod plerunque fit decimo quinto die.

DE SCLIROSI.

Olei mirtillorum vnciae duae, nucis muscatae vncia semis, axungiae iumentorum drachmae duae, petrolei ad pondus omnium. Fiat mixtura qua spermatica vasa, ut sunt renes, &c. mensae quolibet perungantur. Hac via sclirosi impeditur incrementum.

Alia eiusdem cura habetur vbi de sephiro.

DE SCROPHVLIS.

Vini ardentis vnciae quinque, alcalium ex colcothare, & fimo mineralium quantum satis. Misceantur & ad eius mixti vnciam semis, addantur aquae rosarum vnciae duae, aquae chelidoniae vnciae tres. Madidis co liquore filis aut flaccis vlcereum foramina repleantur, vsque dum semi sana appareant, inde praescripto ad vlcera cauernosa ligentur vnguento.

*ALIA SCROPHVLARVM AVT
suillarum cura.*

CORROSIVVM REMEDIVM.

Vitrioli albi vncia vna, aquae rosarum vnciae duae, litargyrii soluti vncia semis, commisceantur cum oleo rosarum, & filis madefactis orificia scrophularum expleantur & foramina.

CONSOLIDATIVVM.

Consolidae regalis libra semis, aristolochiae lōge vnciae tres, myrrhae vncia semis, olei oliuarum quantum sufficit pro incorporatione. Fiat emplastrum. Alia cura legitur ibi de fistulis & scintillis.

DE SEPHIRO.

Sephirus est apostema durum ex sicco sale productum, non maturefcens, coloribus plurimis tinctū, sola resolutione curabile.

Visci iuniperini libra semis, soenu graeci vnciae quatuor, aquarū iringij, lapatij acuti ana vnciae duae, succi althaeae quantum satis ad incorporandum.

ALIA EIVSDEM CVRA.

Olei litargyrii, colophonice, mumiæ ana, olei vitellorum ouorū pro formando vnguento, quod sephirum mollem facit, ac resoluit.

CVRÆ MEDICÆ PARACELSI.

ALIA SEPHERI ET SCLIROSI CVRA.

Alcalifato realgare purgentur & mundificentur, & postmodū mercurius martis hoematinus alligetur, curentur deinceps vt alia quæuis vlcera.

OLEI LITARGYRII FORMVLA.

Alumen, acetum, & litargyrium ad libitum, coquantur simul omnia donec albescāt, addantur adhuc acetum & alumen, coquaturque tam diu, donec in oleaginosam formam adducatur.

DE SERPIGINE.

PVRGATIO INTRINSECA.

Succorum cichoreæ, gamandree ana libra vna, succi capillorum veneris libra semis, mannae vnciae duæ, liquoris vitrioli drachma vna. Fiat mixtura destillatioque ad oleum vsque. Dosis à drachma vna in tres. Utendum erit postea cauterio, vt in malo mortuo.

DE SIPHITA STRICTA,

& gutta.

Vitrioli à phlegmate & colcothare suis purgatissimi vncia vna, alcoolis vini vnciae duæ, aluminis iameni vncia semis. Reducantur in liquorem ignis gradu quarto. Dosis est extrinsecus drachma semis, intrinsecus autem grana sex vsque ad nouem. Extrinsecus applicandum est medicamentum ibi morbus originem ducit, vt in pulsu, in quo symptoma. Si tamen latius extendatur, superligetur ambabus venis pulsatilibus. In gutta verò medicamentū est in extremitate linguæ ponendum ibi gustus. Addi possunt ad siphitam, ad eius vitrioli præparati drachmam vnam, seminis hyppericonis vncia semis, ambrae grana sex. Misceantur.

DE

DE SQVINANCIA, ET CARBVNCVLO.

MEllis rosacei vnciae quatuor, aristolochiae rotundae, pyrolae ana vncia semis, aquarum prunorum, prunellae ana vncia sex. Fiat gargarismus quolibet die ter vel quater, postmodum in ore continendo, si tamen apostema fuerit apertum, sin minus haudquaquam proderit, donec aperiatur. Ad preveniendum nimio tumori, utendum erit hoc defensiuo extrinsecus.

DEFENSIVVM IN SQVINANCIA.

MUscilaginis de foenu graeco vnciae decem, cerussae vnciae duae, camphore tritae vncia semis. Fiat mixtura & cataplasma extrinsecus ut mitigentur dolores & colli tumores.

AD CALOREM CAPITIS IN SQVINANCIA.

AQuarum rosarum rubearum, bursae pastoris, solatri, barbae iouis singulorum aequale pondus. Commixtis immerso madefactoque linteo caput inuoluatur.

DE STOMACHI DOLORIBVS.

MAsticis vnciae duae, alcoolis vini libra semis, galange vncia vna, destillentur ex alembico. Dosis est scrupulus semis. Addi possunt ad eius destillati vncias duas, macis, olei croci corporalis, galangae ana drachma vna. Dosis est scrupulus semis vsq; in integrum.

ALIA STOMACHI CVRA PER CONFORTATIONEM, & ad bonam digestionem.

INfra habetur, vbi de sale peregrinorum agitur, in vitae longae conseruationem.

DE STRUMIS.

Tertiae unciae quatuor, salis fusi, calcis viuae ana unciae sex. Stratificata ponantur in tertium gradum ignis, & inde abstrahatur alcali. Addi potest ad huiusmodi praeparatam unciam unam, salis anatron siue fellis, salis fusi ana uncia una, urinae destillatae unciae quindecim. Fiat mixtura, quae strumosis exhibeatur mane & vespere, septimanis tribus vel quatuor. Huic medicamento strumae nullae reluctantur, aut resistere possunt, exceptis Rhetorum strumis alpinorum, quae naturales sunt.

DE STUPEFACTIONE MEMBRORVM

ex initio paralysis.

Legitur supra de lethargia & paralysis.

DE SYMPTOMATIBVS VVLNERVM,

*curandum inter euitandum per nouem
experimenta.*

Legitur infra ubi de vulnerum symptomatibus agitur inter vulnerarias curas.

DE SYNOVIAE REPRESSIONE.

Ad libram unam balsami vulnerarij absque ultramarinis, & citra destillationem praescripti superius inter balsama, addantur unciae duodecim testaculi tosti, commisceantur, & applicentur, synoviam e vestigio sistunt. Quamuis & emplastra Paracelsi ab hoc & reliquis symptomatibus praeseruent, modo chirurgus eis ab initio suae cure fuerit usus.

DE SYNTHENA.

Legitur superius in cura paralysis, & tremoris cordis suo loco.

DE

DE TENTIGINE PRAVA.

Litargyrij abluti libra vna, aluminis rupei libra vna & semis. Trita mixtaque reuerberentur igne violentissimo quatuor horis, tum demum extrahatur alcali per aquam fontanam. Procedatur vt moris est. Addi potest ad eius preparati litargyrij vnciam vnam, realgaris communis drachma vna, succi chelidonię quod sufficit. Formetur linimentum quo locus perungatur tantisper donec cutis prorsum rubescat, & foetor abeat omnis. Tandem vtendū erit vnguento hoc per additionem infra scripto.

Ad eius litargyrij vltimò iam preparati drachmam vnam & semis, addantur muscilaginis foenu gręci, muscilaginis de lumbricis, & nitri ana quod satis est ad formandum vnguentum.

DE TENTIGINE OBSCVRA, PRAVA, ET
noli me tangere.

TRiplici via curantur, videlicet, potionibus, sparallijs & vnguentis.

Cardonium ad hunc effectum reperietur supra suo loco. Item salis compositio quaedam ad matricis tentiginem.

SPARALLIVM.

Aquarum plantaginis, serpentinae, persicariae, hypericonis ana libra semis, lumbricorum terrestrium vncie sex, dragacanthi drachma vna, consolidę foliorum aristolochia longae ana vnciae tres, fiat sparallium optimo saccharo permixtum, & inde fiat clystere quod inditum pudendo maneat tribus vel quinque horis singulis diebus.

ALIVD SPARALLIVM.

Succi hypericonis, persicariae ana libra semis, aquae de prunis, de cerasis ana libra vna, terebinthinae lotae in aqua rosarum vnciae

Bb 4 septem.

CURAE MEDICAE PARACELSI.

septem. Fiat sparallium pro matrice, & indatur quolibet die bis aut pluries pro necessitate.

ALIVD SPARALLIVM.

Olei hypericonis, persicariae, aristolochiae rotundae ana libra vna, olei lumbricorum, olei ranarum ana vnciae duodecim, olei ex vitellis ouorum ad pondus omnium. Formetur sparallium & indatur.

ALIVD VNGVENTVM APPLICAN-
dum dorso, ad eundem effectum.

Mercurij absq; substantia frigida, & ab omni mordicaci conditione correcti vncia semis, boli scissi vnciae tres, axungiae cervinae libra semis, olei aneti, olei ex vitellis ouorum ana vnciae sex. Fiat unguentum cum cera. Omnia medicamina dicta simul administranda sunt quolibet die bis.

ALIVD VNGVENTVM AD TENTIGINEM
pravam, non metangere, & ad serpigines
validissimum.

Realgaris sublimati vncia vna, coquatur in aceto horis duabus in exiccationem, cui addantur olei maioranae vnciae tres. Fiat unguentum quo tenuissime pannis obducto ligentur saepius, & circumvicinae partes inungantur oleo, nec maneant siccae. Relinquatur ad hunc modum duobus diebus cum suis noctibus. Tandem eijcietur sanies & aqua. Quo percepto mundificativum emplastrum infra positum applicetur tantisper, donec sanies nulla, humorque nullus effluat.

MUNDIFICATIVVM EMPLASTRV M.

Picis naualis libra vna, visci pini & abietis, visci locustarum è larice ana libra semis, picis larigne vnciae tres. Liquefiant omnia simul,

mul, cum sui medietate ceræ & olei, vel tanta quantitate quæ sufficiat ad formam vnguenti. Quod hoc nequiverit extrahere, minus alia quævis.

CVRA TANDEM VNGVENTO HOC POST
est et nõ absolunda.

CEræ, picis communis ana libra semis, aristolochiæ rotundæ vnciæ tres, mumia vnciæ duæ, antimonij triti vnciæ quatuor & semis. Fiat emplastrum quo ligetur pro consuetudine.

ALIVD EMPLASTRVM AD FLVXVVM
extractionem.

Refina abietis libra semis, visci consolidæ vnciæ tres, succi chelidoniæ quantum sufficit: inde fiat emplastrum.

DE TESTVDINE.

Regio circundetur alumine plumoso, & postquam eschphara deciderit, superponatur oppodeltoch, hac via putrescit in ejectionem. Tandem communibus emplastris concludatur.

DE TINEA.

CIchorij, gamandrea, capillorum veneris ana vnciæ duæ, cassiæ extractæ vncia semis, mumia electæ drachma vna & semis. Reducantur in haustum cum aqua artemisiæ. Omni anno mensē Maio debet iterum administrari, nam redit.

DE VARICIBVS.

Aperiantur venæ suo tempore. Postmodum liquore gengiuarū leporis vngatur tribus quaterve septimanis, vnā vice qualibet venam aperiendo solūm, & postea aliam. Quum autem redierint

CURAE MEDICAE PARACELSI.

dierint processus hic iterandus vngendo dicto liquore vel adipe humana.

DE VERMIBVS VVLNERVM,

& in corpore.

FOlia vel flores hypericonis aut perforatae, vel siuis porosae, super vulnera vel umbelicū applicentur, contusi vel integri. Melius tamen in oleo vel in balsamo praeparabuntur ad vermes enecandum, qui postmodum leui purgatiuncula poterunt euacuari.

ALIA VERMIVM ENECATIO.

Terebinthinæ libra vna abluatur aquæ centaureæ libra semis, & addatur ad eius ablutæ terebinthinę drachmas duas, aloes epatici drachma semis, commisceantur. Dosis est per os drachma vna vsque ad duas vel tres.

DE VERMIBVS ALIA CVRA.

STanni drachmæ tres, salis communis vnciæ quatuor, asphalti vncia vna. Aduotione fiat puluis. Dosis est à drachma semis in drachmam vnam vel tres. Addi possunt ad eius praeparati stanni drachmam vnam, seminis colocyntidis, plantaginis ana drachmæ sex. Fiat puluis. Dosis est drachma vna ad vnam & semis.

ALIA VERMIVM ENECATIO.

Vermis terrestris vel lumbricus paruus aut magnus pro morbi quantitate, viuis digito aut vulnere superligetur non vsq; adeo strictè. Relinquatur donec per seipsum emoriatur. Simul vnà cum eo morbi vermes etiam, per sympathiam quandam moriuntur si vno satis non erit, alio pluribus vtendum.

VER-

VERMIVM ALIA CVRA.

CVpri calcinati vncia vna, aquæ hypericonis, centaureæ ana vncia sex, aquæ plantaginis, vini acetosi ana vncia quatuor. Dig'erantur diebus octo postmodum extrahatur alcali. Dosis est scrupulus vnus, & quandoque scrupuli quatuor vel sex, & non vltra.

Addi possunt ad eius floris æris drachmam vnam, saccari taberzet, succi liquiritiæ ana drachmæ duæ & semis. Puluerisentur. Dosis est scrupulus semis vsque in scrupulum vnum.

DE VLCERVM VARIIS CVRIS,

per varia medicamenta.

PER MVNDIFICATIVVM.

Terebinthinæ libra vna, ouorū vitelli numero viginti, misceantur, & addatur æqualis portio puri bonique mellis. Coquantur igne lento in fuscum vnguentum, quo manè & vesperi ligetur. Mundat foetoremque tollit.

Addatur mixturæ huius libræ vni, terebinthinæ lotæ libra semis, commisceantur calidè ne tamen bulliant, & addatur galbani, poppanacis ana vncia vna, quæ posteriora prius in aceto bullierint, vt mixtionem facilius admittant.

Postremò addatur aristolochiæ rotundæ pulueratæ vncia vna & semis. Hoc vnguento quæuis vlcera corrosiuo sale carentia perfanantur.

PER CALCINATA.

OVorum vitelli numero decem, terebinthinæ vnciae septem. Reducantur in vnguentum, cui addatur calcinati non corrosiu vncia semis. Hoc manè & vesperi ligetur, mirum in modum per mundificationem sanat vlcera quæuis.

CURAE MEDICAE PARACELSI.

CONSOLIDATIO VULNERVM.

Resinae communis libra vna, cerae libra semis, picis graecae vnciae tres, mixtis admisceatur calcinati vncia vna.

PER SALIA CORROSIVA CALCINATA.

Alumen vstum & extinctum aceto, oleum ex arsenico per propriam suam resolutionem factum, ex istis fiat vnguentum primum.

SECUNDVM.

Fiat ex vnguento de vitellis ouorum cum alumine admixto.

TERTIVM.

Fiat cum vnguento de cerussa, & vitriolo calcinato. Cura primum à secundo vnguento inchoanda, quo si curari nequeat vlcus, ad primum recurrendum est, quod si respuat etiam, tertium optimè curabit. Ordo curationis hic non mutabitur, etsi secundo prius vnguento vtendum esse dicamus.

DOLORVM MITIGATIO IN VLV-

ceribus, per putrefactionem, & extractio-
nem veneni.

PUTREFACTIO.

Aluminis vsti per acetum correcti vncia semis, salis armoniaci drachma vna, ouorum vitelli numero quatuor, mellis coclear vnum, farinae hordeaceae vncia semis. Fiat vnguentum quo singulis quaternis horis ligetur implendo foramen superius linteo cerato, ne pus effluat, obstruatur. Ter vel quater eo peracto separabitur à bono malum, & inualidum citra dolorem.

EXTRACTIO VENENI.

Vitrioli albi triti quantum vis, ponatur in ollam coopertam ad ignem lentum, & quum iam liquefcere coeperit, terebinthinae

paris

pars tertia sensim iniiciatur mouendo semper, vsque dum in vncia semis vitrioli, terebinthinæ duas vncias introduxeris. Intingantur huic materiae filamenta linteorum, & calida superponantur. Si forte materia durior extiterit addatur olei lini parum. Curetur postmodum fodicarijs siccis emplastris ex colophonia, per quindecim dies, & venenum in forma puris totum extrahetur. Poterit etiam post quintum diem vnguento addi calcinatum.

Alia vlcera cura habetur supra, vbi de balsamo tartari agitur inter balsama.

VLCERVM CVRA PER BALNEA.

Conorum abietis recentium, & succi plenorum manipuli duo, locustarum, id est extremitatū iuniperi, corticum fagi ana manipulus vnus, chelidoniae, cepeæ, anagallidis aquaticæ, foliorū quercus ana manipulus semis, hyrundinariae, aristolochiæ rotundæ ana libra semis. Bulliant omnia in aqua tanta quantitate, quantam sat esse putabitur. Hoc esto balneum vlcerebus manè & vesperi.

ALIVD BALNEVM.

Dlapensia, pyrolæ, serpentariæ, vel ophioglossi, foliorum quercus ana manipuli tres, hyrundinariæ manipulus vnus, consolidæ maioris, aristolochiæ rotundæ ana manipulus semis, conorum abietis viridiū manipulus semis, conorum albietis viridiū manipulus vnus & semis. Coquantur vt supra, sed eiusmodi balneū tertio quoque die innouari debet, alioqui foetebit.

VLCERVM CVRA PER OLEA DE-

stillata, & per aquas ex gummi.

Quatuor eiusmodi olea habentur supra inter balsama suo loco.

CURAE MEDICAE PARACELSI.

VLCERVM CURA PER SPARADRAP,

id est fluxionum retentionem.

COcleatarum limacum adustarum, corticum ouorum calcinatorum ana vnciae quinque, hoematitis vncia vna & semis, boli armeni vnciae tres, terrae sigillatae vnciae duae & semis. Terantur & cum tragacantho in aqua rosarum dissoluto misceantur. Ligatura fiat supra ab inferiori ad superius ascendendo.

VLCERVM IN TYBIIIS ERVM-

pentium cura.

Quintuplex hoc loco necessaria cura est, prima fit per balnea: secunda per tumorum ablationem: tertia per mundificationem: quarta per consolidationem, & per conclusionem quinta.

BALNEVM.

Hyrundinariae vnciae duae, saniculae vel diapensiae anagallidis aquaticae, vsinae lapideae, florum sambuci ana manipulus vnus. Coquantur aqua, & in eius vapore tantum, non in aqua fiat balneatio. Addi possunt camomillae vnciae duae, fimi columbini manipuli tres, fimi gallinacei manipulus semis. Istit balneum reddetur efficacius, vsus eius mane & vesperi semper ante ligaturam.

TVMORVM ABLATIO.

Florum tapsi, florum hypericonis ana manipuli duo, florum sambuci, florum camomillae manipuli duo & semis. Coquantur omnia simul in vino & in aceto. Postmodum expresso toto liquore tumoribus applicentur donec abeant.

MUNDIFICATIO.

Vnguentum ex vitellis ouorum calcinato mixtum, singulis diebus applicetur, bis replendo vlcera tam diu, donec fundum bonum percipiatur absque immundicia & foetore.

CON-

CONSOLIDATIO.

EMplastri vulnerarij de colophonia vnciae tres, vnguenti vulnerarij de litargyrio vnciae sex, resinę purissimę vncia vna & semis. Liquata simul omnia permisceantur in vnguentum addito croco martio & calcinato ad acuendum. Ligetur ex ordine emplastrorū quouis die bis, innouato etiam emplastro iuxta necessitatis exigentiam.

CONCLUSIO.

OVorum corticum calcinatorum vncia semis, aluminis vffi & extincti drachma vna, croci martis vncia vna & semis, thuris, masticis, myrrhæ ana drachma semis. Contusis in minutissimum puluerem vtendum est donec prorsus concludatur. Suis verò temporibus laxandæ venæ ne redeant.

VLCERVM FOETIDORVM CVRA.

COnorum abietis recentium mense Maio, numero triginta, coquantur in aqua donec resinam totam emiserint. Bullitione euaporet aqua tota vt resina sola maneat in forma terebinthinæ, cui admisceantur vnguentum ouorum, & calcinatum pro necessitate.

CONSOLIDATIO.

CErę libra vna, colophonix libra semis, resinæ conorum abietis vnciae tres, liquatis adijciantur pulueres aristolochiæ rotundæ, consolidæ maioris ana vncia semis, masticis drachmæ duæ, myrrhæ drachmę sex, carabis flauis vncia vna & semis, vernicis vnciæ duæ. Fiat vnguentum, quo manè & vesperi ligetur.

VLCERVM CVRATV DIFFICILIVM SA-

natio, per mitigationem.

Cariophyllorum vncia tres, granorū iuniperi, sulphuris vitriolati ana vncia vna & semis. Destillentur per retortum in olei formam obstructissimis vasis. Huic oleo addatur medietas sui ponderis de oleo laterino, & quarta pars trium mitigatiuorū. Omnia rursū destillentur vt prius. Illiti hoc oleo dolores mitigantur.

MVNDIFICATIO.

Olei de arsenico fixo vnciae quinque, olei de cariophyllis vnciae quatuor, realgaris clari perspicui, crySTALLINI drachma vna. Permiscuantur, & intincto linteolo applicentur tam latè ac vlcus extenditur. Singulis duodenis horis iteretur intinctio linteae, ac superponatur, vsque dum escaram tenuem abijciat, & sub ea fundum recentissimum appareat. Postremò autem ligetur alio quopiam ad vlcera posito mundificatiuo.

DE CORROSIONE OSSIVM PER

ulcerum ardores.

Olei camphoræ per albumen ouorum facti, olei cariophyllorū ana drachmæ duæ misceantur & eis cum ligetur, donec ossa carnibus obducantur.

VLCERVM SERPENTIVM, ET IN

latum circumrodentium cura.

Dvplex est istorum vicerum cura, prior per olea metallica, posterior verò per dulcedinem mercurij quolibet die bis inungendo. Potissimum & optimum inter metallica est oleum saturni, postea lunæ, deinde martis, inde veneris & postremò iouis. Hæc

omnia

omnia longè superat dulcedo mercurij pariter olei formam referens.

PRAEPARATIO MERCVRII.

COaguletur per aquam aluminis, reducatur in puluerem, & misceatur cum vnguento fusco. Locus affectus perlinatur eo, donec fundum recens appareat, nullo dolore patientem afficit.

EMPLASTRVM AD CVRAM.

Litargyrij, olei ceræ ana libra vna, in isto cerato bulliat colophoniae libra vna, postmodum iniiciatur thuris vncia vna & semis, vernicis vnciae duæ & semis. Reducantur ad formam emplastri.

VLCERVM DEFLVENTIVM CVRA.

Exiccetur croco martis, & mundificetur vt supra, satis erit ad curam. Habeat respiraculum siue fluat siue non.

VLCERVM EX PROPRIA CON-

stellatione cura.

Chelidoniae manipuli tres, foliorum quercus manipuli duo. Terantur, in fimo putrefiant, & in oleum destillentur. Hoc ipso lauentur vlcera, & inspergatur puluis ex praecedentibus exiccatis atq; tritis, ad ipsorum incarnationem, certissimum est in eiusmodi vitij remedium.

VLCERVM CVRA PER ANTI-

monium praeparatum.

Antimonij, colcotharis, florum æris, ana quantum satis videbitur. Stratificata reuerberentur. Quo peracto extrahatur anima vino rubeo, & inde fiat alcali, quod cum oleo mixtū sit in linimen-

Dd

tum

CVRAE MEDICAE PARACELSI.

rum circum vlcera in orificia. Addi possunt ad eius præparati antimonij vncias tres, olei colcotharini vncia semis, olei lentiscini vnciæ quatuor & semis. Fiat vnguentum, &c.

VLCERVM CVRA PER MERCVRIVM.

A Malgamentur cum stanno, pulueretur, & pulueri sulphuris permixtus in oleum destilletur, quod ab aqua separetur ad vlcera per sananda.

VLCERVM CVRA PER OLEVVM

mercurij.

O Leum hoc habetur supra secundo tractatu inter oleorum alias descriptiones.

VLCERVM IN ORE CVRA.

C Vpri cimentati vnciæ duæ, aluminis candidi vsti, aluminis rupei ana drachmæ sex, aceti destillati libra vna, extrahatur alcali. Addi possunt ad eius floris æris vnciam vnam, aquæ chelidoniæ vnciæ tres, aquæ aluminis vna. Fiat inde gargarismus.

VLCERVM PVRGATIO PER CAR-

donium ex vitriolo.

C Ardonium hoc supra queratur inter cardonia tractatu secundo.

VLCERVM PVRGATIO PER POTIO-

nem ex centaurea preparata.

M Aceretur in aqua ardente centaurea, & postmodum extrahatur eius essentia quinta iuxta communem usum. Huius extracti guttæ decem administrentur, cum cocleari vno alicuius aquæ destillatæ ex herbis vulnerarijs.

VLCE-

VLCERVM PURGATIO PER ES-
ulam preparatam.

ESulae recentis herba, radix atque semen in fero lactis coquatur, quousque liquorem habeas. Exprimatur & coquendo suauiter elixetur donec indurescat. Administretur manè potandū aliquantula portione.

VLCERVM PURGATIO PER SY-
landam preparatam.

COquatur in aqua ciclamini destillata, cooperto vitro, per horam. Expressa postmodum, admisceatur aquae recenti ciclamini etiam destillatae, & bibatur manè singulis diebus, ad quantitatem coclearis vnius.

VLCERVM PURGATIO PER
iuniperum.

Summitates iuniperi praeparantur in liquorem, & cum oleo de spica partibus aequalibus administretur in potum. Medicamenta haec omnia purgantia, fluxiones salium mineralium sistunt.

VLCERVM CVRA PER BALSAMA
metallica, & mineralia.

Quaerantur secundo tractatu inter balsama.

VLCERVM CAVERNOSORVM ET
putridorum cura.

CRoci, hermodactilorum ana grana tria, olei nucum grana quatuor. Permixta simul in quinque partes postea diuidatur, quarum vna singulis noctibus administretur.

EMPLASTRVM AD VLCERA HAEC.

Cerae libra vna, visci de botim librae duae, resinae communis libra vna & semis, liquefiant omnia simul, & addantur olei nucum

Dd 2 librae

CURAE MEDICAE PARACELSI.

librae tres, minij, litargyrij, lapidis calaminaris ana libra semis, tutiae vncia vna, carabis vnciae tres. Terenda conterantur & ex omnibus fiat ceratum, cui postquam satis coctum erit, addantur calcis corticum ouorum vnciae septem & semis, & jin magdaleones malaxentur. Emplastrum hoc applicatum relinquatur duobus diebus cum suis noctibus. Tum demum amoto recens apponatur, idq; ter repetendo fluxus excitabuntur, totaque virulentia profluet, tumor omnis residebit, sedabiturque dolor. Deinceps isto persanabitur vnguento.

Butyri non cocti libra vna, terebinthinæ lotæ libra semis, succorum parthenionis, chelidoniae ana vnciae tres, cerussæ vncia vna & drachmæ duæ, ceræ quantum satis ad incorporandum.

VLCERVM EMORTVORVM CVRA.

CAlcinatum permisceatur vnguento de melle, pro vlcereis malitiae qualitate, ligetur cum eo tam diu donec fundum bonum percipiatur, nullaque putredo appareat, quod plerunque die quinto fieri consuevit, vt optimè sit mundificatum.

CONSOLIDATIO.

FIt per appositionem vulnerariorum emplastrorum de lytargyrio & colophonia, quinto quoque die renouato emplastro, vel permutato.

CONCLUSIO.

CRocus martis per se adustus, præter additionem aceti, vel alterius corrosiui, reuerberatusve, bis quouis die superspargatur, non prius tamen quam hoc lauacro fuerit ablutum vlcus.

LAVACRVM.

AQuæ communis pars mensuræ quinta, aluminis vncia vna, salis communis vncia semis.

VLCE-

VLCERVM AGGREGANTIVM CVRA.

Vnguenti vitellorum ouorum vnciæ tres, olei mercurij drachma vna. His permixtis in finem vsque ligandum, vel olei mercurij loco sumantur calcinati magni drachmæ duæ. Aut loco horum omnium sumatur vnguentum vulnerarium calcinato magno permixtum pro ratione vlceris. Per calcinatum maius intelligenda sunt ea quæ per calcinationis & aliarum chymisticarum operationum, artem, extra sui naturam propriam, ad quandam dulcedinem adducta sunt, vt mercurij, plumbi, vitrioli, salium ac similia balsama.

VLCERVM INTERNA ET

externa cura.

Claminis manipuli duo, saniculæ albæ manipulus vnus herbæ sophiæ manipulus semis. Coquantur in vino admodum vulnerariæ potionis, & addatur olei cariophyllorum destillatione tracti vncia vna & semis. Propinentur quolibet die tres æquales haustus.

FISTVLARVM EIVSMODI CVRA,

per lauacrum.

Olei laterini tres vnciæ, olei terebinthinæ vnciæ sex, olei cariophyllorum vncia vna & semis, destillentur simul, & addantur huic destillato, myrrhæ, thuris, masticis ana vnciæ duæ, mumix vnciæ tres. Secundo destillentur, & per syringam indantur vlceribus fistulosis ad fundum vsque, singulis diebus bis, ac abluantur vino vel aqua salsa.

ALIA CVRA EXTERNA.

Apponatur emplastrum calcinato permixtum, manè & vesperi iuxta communem vsum.

CVRÆ MEDICÆ PARACELSI,

CALCINATVM.

Oleum saturni, oleū mercurij, aqua mercurialis, certissima sunt
medicamenta, quæ nullo modo medicum fallunt.

VLCERVM ALIA CVRA.

Terebinthinæ vnciæ tres, succi allzekengi vnciæ septem, ablu-
ta terebinthinæ vncias quatuor, addatur thuris vncia semis,
commisceantur. Dosis est drachma semis, & quandoque vna. Ad-
di possunt ad eius terebinthinæ vncias duas, olei destillati non ar-
dentis vncia vna & semis, visci lumbricorum terrestrium vnciæ
quinque. Fiat vnguentum.

VLCERVM CVRA IN ACCESSIONE PRI-

ma caloris, priusquam centrum ponant.

MYrrhæ rubæ, thuris ana vncia semis, vtrunque peculiari fac-
culo conclusum coquatur in optimi aceti mensura semis, &
vini mensura vna. Postmodum hoc decocto madidum linteū ca-
lidum centro superponatur, siccum præ calore madefiat iterum &
superponatur, idque toties, donec omnis calor sit extinctus.

ALTERA VEL SECUNDA CVRA POST APER-
tionem fit & per mundificationem.

ALuminis vsti aceto postmodū extincti vncia vna & semis, mel-
lis vnciæ quinque; aloepatici vncia vna. Pulueranda pulueren-
tur, & mixta coquantur ad humiditatis consumptionem, nec ta-
men indurescant. Superligetur manè & vesperi. Si fuerit opus ad-
datur parum calcinati.

CVRA POST MVNDIFICATIONEM.

EMplastri strictici vulnerarij librę vni, admisceatur vncia vna cro-
ci martis, & vncia semis calcinati. Hoc vnguento manè & ve-
speri ligandum in conclusionem vsque.

TER-

TERTIA CVRA.

Videndum ne rursus erumpant. Singulis annis aliquoties aperiantur varices ad suras atque talos, utrinque, id est ad utrumque latus, iuxta conditiones ulcerum.

VLCERVM QVORVMVIS

alia cura.

ALuminis rupei librae decem, succi chelidoniae, plantaginis ana libra una, parthenionis libra semis. Destillentur omnia simul, & ad eius destillati libram unam addantur aquae communis librae decem, & fiat balneum calidissimum ut vix pati queat. Optimum est etiam in alopecia, & in tinea remedium.

VLCERVM CAVERNOSO-

tum cura.

Sedandi primum sunt varices, ut supra narratum fuit, & postmodum ad curam emplastro hoc veniendum. Litargyrii, minij ana libra semis, reduc in emplastrum. Postmodum addantur pulverum aranciorum, chelidoniae, aristolochiae rotundae ana unciae tres. Formetur emplastrum.

VLCERVM ATQVE VVLNERVM

communis cura.

Talcis, cinerum fabarum, arenae ana libra una. Reducantur per diem naturalem ignis gradu quarto. Deinceps optime lotaificentur. Fundum purificant mundant, & a fistulis tuentur.

Addi potest ad eius talcis praeparati unciam unam, liquoris mumiæ, terebinthinæ ana quantum sufficit ad formandum unguentum. Hoc profunda caua, cavernosa, corrodentia, & manantia persanat ulcera.

VLCERVM CAVORVM

alia cura.

Nitri, aluminis ana libra semis aquae fontis librae duae. Destillentur in aquam. Addi possunt ad istam aquam, aquarum plantaginis, chelidoniae, foliorum quercus ana libra semis.

VLCERVM COMMVNIVM EX PV-

trifactione sanguinis cura.

Hoematitis, luti lephantei, boli armeni ana vnciae tres, misceantur cum dragacantho per acetum in bolum resoluto vel in pastam, postea reuerberentur ignis gradu quarto, & extrahatur alcali. Ad hunc modum praeparatus hoematites est utilissimus, cum ad vulnera, tum etiam ad vlcera quaeuis, lupum, & herpetam, a quibus sanguis effluit. Constringit enim arctissime venas, ut pro manare nequeant post eius insersionem.

Addi possunt ad eius praeparati hoematitis drachmam vnam, gallarum scrupulus semis, serapini scrupulus vnus & semis, olei de ferro, & de floribus malorum quantum sufficit ad incorporandum vnguentum. Nam in foetidis vlceribus, ut in herpeta mordace, in aestiomeno ac similibus, oleum de ferro, & liquor mumiae valde sunt utilia.

VLCERVM INTERIORVM CVRA.

Masticis vncia semis, hermodactilorum drachma semis. Destillentur. Dosis est grana quatuor, & quandoque decem in optimo vino.

Addi possunt ad eius praeparati masticis vnciam semis, olei laterini drachma vna, olei masticis scrupulus vnus & semis. Dosis est a granis octo in duodecim.

VNCTIO PER OS, ET EXTERIVS.

MAsticis vnciae decem, terebinthinæ vnciae quinque, petrolei vnciae vna. Omnia simul destillentur. Dosis est per os scrupulus vnus. Exteriùs vngatur eo destillato quouis die ter, manè sub auro-ram, sub meridiem, & sub vesperum.

VLCERVM ALIA CVRA.

CVpri libra vna, botri immaturi libræ quinque, aceti libra vna, salis armoniaci vncia semis. Ponatur in digestionem vase clauso per mensem, & fiat alcali, id est flos æris. Addi possunt ad eius floris drachmam vnã, vnguenti agrippini vncia vna, lumbricorum terrestrium drachmæ tres. Fiat vnguentum. Alia additio ad lauacrum. Ad istius floris drachmas quinque addantur aquæ aluminis vnciae quindecim. Fiat lauacrum.

VLCERVM ET VVLNERVM CV-

racum flaccis & fragmentis.

Magnetis vncia vna, calcis corticum ouorum vnciae sex. Stratificata reuerberentur per diem & noctem in quarto gradu. Ad magnetis calcinatæ vnciam semis, addatur carabis vnciae duæ. His autem pulueratis addatur vnguenti oppodeltoch, vel apostoliconis libra semis, cum quo quidem malaxetur emplastrum.

VLCERVM MALIGNORVM ET

pustulorum cura.

Liquoris parthenionis vnciae sex, sperniolæ vnciae duæ, misceantur & affectæ parti superponantur duodecim horis. Postmodum alijs duodecim horis superligetur realgar fuscum vnã cum mercurio martis hocinatino, alternis vicibus pergatur vsque ad tertium

Ec diem.

CURAE MEDICAE PARACELSI.

diem. Postremò curetur emplastro oppodeltoch ad cōclusionem
ulcerum depascentium supra præscripto.

DE VNDIMIA.

REalgaris drachma vna, talci drachmæ tres, visci quercini quan-
tum satis ad incorporationem. Fiat emplastrum ad aperi-
dum.

MUNDIFICATIVVM.

COlophoniæ vncia vna, ceræ vnciæ quatuor, resinæ de botin,
quod satis sit pro formando emplastro mundificatiuo.

CONSOLIDATIVVM.

Consolidæ maioris, aristolochiæ rotundæ ana drachmæ duæ, vi-
tellorum ouorum, terebinthinæ ana quod satis sit ad formam
vnguenti.

ALIA VNDIMIAE CURA.

Consolidæ maioris vnciæ duæ, aristolochiæ vnciæ tres, calami
aromatici vncia vna, radicum ireos drachmæ quatuor, vincæ
peruinæ manipuli quinque, faniculæ albæ manipulus semis, plu-
marum caudæ pavonis in extremitatibus ad specilla scrupuli duo,
myrrhæ, masticis, thuris, mumię ana vncia semis, reubarbari drach-
mæ quinque. Coquantur in vino, vel in aquis destillatis ex supra po-
sitis herbis, vel in pyrolæ succo, aut in aqua communi, vt videbitur,
cantharo tamen optimè clauso ne respiret. Fiat potio.

ALIA VNDIMIAE CURA, SED EXTERNA.

REalgaris drachma vna, calcis drachmæ tres, visci quercini quan-
tum satis ad incorporandum emplastrum. Postquam apertum
fuerit, applicetur oppodeltoch nostrum.

Mundi-

Mundificatiuū, & cōsolidatiuū, supra describūtur in prima cura.
Iam ad vulnera post vlcerum curas meritò veniendum est.

VVLNERARIA VNGVENTA QVINQVE.

P R I M V M.

BVtyri mense Maio collecti & crudi libra vna, plantaginis vtriusque, pyrolæ vtriusq;, betæ foliorum cum radicibus ana manipulus vnus, ophioglossi manipuli tres. Omnia vitro clauso cōprehensa, teneantur ad digestionem in solis radijs, tandem quod separatum erit coletur, & seruetur quod residuum est à colatione.

S E C V N D V M.

BVtyri Maialis libræ tres, consolidæ maioris libra vna ophioglossi libra vna & semis: vermium terrestrium purgatorum libra semis, aristolochiæ viridis vnciæ tres. Contusa pultium instar seruentur loco frigido, & si quæ separata sit humiditas abijciatur. Veterū hætenus vsū & consuetudinem in hoc negotio audiuiſtis. Paracelsum audiamus hac parte per tertium vnguentum.

T E R T I V M.

RAdices & herbæ duobus præcedentibus vnguentis præscriptæ, quæ magis placuerint, selectæ virides conterantur in pultem, & addatur optimi vini parum vt solummodo contegantur. Duplici vase, id est cantharo clauso, & balneo maris, coquātur horis decem. Deinceps vbi refrixerint exempta conterantur, & per linteum vel saccum setaceū transeat quicquid transire poterit. Hoc omne cum fauo mellis crudo, nō separato melle, vel cum butyro solo, aut ambobus commixtis in cantharo clauso rursus coquantur, & calida per pannum aut setaceum torculari pressa secernantur. Succus hic in alembico rostrato positus contineatur in solis radijs, vt repurgetur à superfluo & phlegmatico liquore. Postea cōclusus lagena vitrea soli fuerit exponendus, & seruandus in præstantis vnguentum.

CYRAE MEDICAE PARACELSI.

QVARTVM.

OVorum vitelli numero viginti, misceantur cum resina laricea, donec flauum inde fiat vnguentum. Cui addantur consolidæ minutim contusæ drachmæ tres, aristolochiæ etiam tritæ vncia vna, farinæ hordei drachmæ sex. Permisceantur simul in vnguentum, quo vulnera cuncta sine puluere curari poterunt.

QVINTVM.

Medullarum crurium bouis parum, in resinæ abietis claræ libra semis igne lique scat, & cum æquali pondere consolidæ maioris, ac lumbricorum terrestrium reducantur in vnguenti formam, quo tandem foelici admodum successu curantur vulnera.

Vulnerum excellentissimum habetur supra tractatu secundo, ex oleo tartari suo loco, & inter olea chimica, remedium.

Aliud etiam ibidem in arsenici mumia & balsamo, reperitur inter balsama.

Item aliud ad vulnera legitur ibidem in antimonio, inter olea.

Item aliud ad eundem effectum ibidem in mumia, & in hypericone, inter balsama.

VVLNERVM CVRA PER LYTAR-

gyrium preparatum.

Litargyrij per acetum quater albificati libra semis, succi parthenionis, cōsolidæ minoris, aristolochiæ rotundæ ana ad pondus litargyrij, misceantur cum muscilagine lubricata. Addi poterunt ad eius præparati litargyrij vncias quatuor, olei de camphora scrupulus vnus, croci martis scrupuli quatuor. Fiat linimentum quo vulnera die quolibet semel aut bis illinantur.

VVLNERVM ALIA CVRA PER

mercurium præparatum.

MAximi præparati mercurij drachmæ duæ, myrrhæ optimæ vñcia semis, camphoræ grana sex, croci grana quinque, olei puri cariophyllorum tantum vt istius postremi, olei corundem mixti tantundem. Fiat vnguentum, quo vulnera quæuis & vlcera peruncta solidissime sanantur, & quicuis alij tumores & apostemata.

VVLNERVM CVRA MAGNE-

tica, mirabilis.

Herbæ persicariæ, vel piperis, aut sanguinis aquatici vulgò dicti, in aqua recenti lotæ, ad libitum. Contusa super vulnus applicetur, aut aliquandiu contingat solummodo, vt vulneris affectus nõ nihil in se recipiat. Postmodum aliquo humido loco sepeliatur, & ingenti lapide superposito aggrauetur, vt citius putrescat. Vt ipsa marcescens successiue putrescit, itidem & vulnus quod attigerat sanabitur: cuius causa ex adepta philosophia perscrutatu minimè difficilis, vt in his obiter attigi. Similiter equis in dorso læsis à sella, quum applicatur integra non trita, inter sellam & dorsum, quanto magis postea fatigatur equus, tanto melius curatur vulnus eius.

Alia vulnerum cura legitur superius tractatu secundo in cupro præparato inter alia balsama.

VVLNERVM ET VLCERVM CAVER-

nosorum cura, aestiomeni, pruritus, & scabiei.

ALuminis rupei libræ duæ, aceti albi libra semis, salis fusi verto vnus. Fiat mixtura cum bullitione vsq; in coagulationem, qua lauentur vlcera, & vulnera ulcerosa.

CVRÆ MEDICÆ PARACELSI.

VVLNERVM ALIA CVRA.

Terebinthinæ libra vna, aristolochiæ rotundæ vnciæ quatuor, lambricorum terrestrium vnciæ sex, destillentur.

V E L.

Terebinthinæ libræ duæ, olei communis verto vnus, aut vnciæ tres, olei laurini vncia vna destillentur. Addi possunt ad alterutrum destillati vncias duas, consolidæ maioris vncia semis, aristolochiæ rotundæ recētis, aloes epatici ana vnciæ tres. Fiat cataplasma.

*ALIA ADDITIO, TAM IN VVLNERIBVS,
quàm in vlceribus accommoda.*

Ad præscriptæ destillatæque terebinthinæ libram vnã addatur croci veneris, & croci martis ana vncia vna. Digerantur septem vel octo diebus, & vulneribus aut vlceribus superligetur quolibet die bis.

VVLNERVM ET VLCERVM CONSOLIDA-
tium aut incarnatiuum oleum.

Mercurij præparati in puluerem vnciæ duæ, aquæ regiæ vnciæ decem. Reducantur per destillationem in balneo aliquoties, & redigetur in oleum. Hoc citissimè vulnera curat & vlcera, sed quia spumam efficit, & denigrat ossa, cum cautela vtendum erit.

VVLNERVM ALIVD INCAR-
natiuum.

Cinerum plumbi, vel cerussæ libra vna, coquantur in aceto quatuor horis, incarnatiuum habebitur optimū promouens carnes bonas atque recentes.

ALIVD

ALIVD VVLNERVM INCARNATIVVM

remedium, stipticum, & exsiccativum.

L Imaturæ ferri libra vna, salis communis libra semis, aquæ fontanæ quantum sufficit pro incorporatione. Maneant simul septimanis septem. Postmodum reuerberentur tam diu donec in puluerem transeant. Addi possunt ad eius croci vnciam vnam, boli adusti vnciæ tres, terræ sigillatæ drachmæ quinque. Fiat puluis ad vulnera & ad vlcera. Intra corpus etiam cum optimo vino administratur. Dosis est drachma vna.

VVLNERVM MVNDIFICATIVVM.

S Alarmoniacum à tartaro sublimatum, & inde super marmor dissolutum, vulneribus infusum, aut illitum.

VVLNERVM ACCIDENTIA RE-

mouens remedium.

V Iride oleum vitrioli, aut oleum laterinū tepidum, lotione vel infusione curat omnia vulnera.

VVLNERVM PROFVNDO-

rum lotiones.

M Ellis, vini, aluminis, salis &c. quantum videbitur, per syringam impellantur ac retrahantur, idque toties innouādo liquorem, donec mūdus & clarus exeat è vulnere. Potionibus interea vtendū erit vulnerarijs, & similibus emplastris.

VVLNERARIA POTIO.

O Lei de semine porosæ vel hypericonis libræ quadranti flores eiusdem imponantur ad libitum. Digerantur ad solem pro more solito. Postmodum recentibus adhuc floribus suis repleatur, idque vicibus aliquot repetendum, quò sæpius cō melius, medijs

Ee 4 tamen

CURAE MEDICAE PARACELSI.

tamen digestionibus. Bibantur ex eo singulis diebus ter, manè, sub meridiem, & sub vesperam, cochlearia duo cum decem cochlearijs optimi vini, vel totius mixti huius posterioris, vel prioris cochlearia duo, vti videbitur expedire. Addi possunt theriaca & mitridaticum pharmacum ad libitum, simulque digeri ad solem. Dosis est pro discretione medici.

ALIA POTIO VVLNERARIA.

R Adicis ciclamini vncia semis, herbae diapensiae candidae manipulus vnus, solidaginis mediae manipulus semis. Decoquantur in libra semis vini ad consumptionem tertiae partis. Addi possunt ad eius decocti vncias tres, olei cariophyllorum destillati scrupulus vnus. Commisceantur in potionem, de qua bibatur singulis diebus ter.

VVLNERARII PVLVERES.

B Oli armeni vnciae tres. Dissoluatur in aqua aluminis, & postea per destillationem abstrahatur, & ad residentiã alia recens aqua priori similis affundatur, abstrahatur, & recens affundatur denuo toties, donec bolus in oleum conuertatur. Hoc ipsum exiccatum ad solem pulueretur & addantur carneoli vncia semis, mumiae drachme duae. Pulvere hoc vulnera bis interdium conspersa, & sticticis emplastris ligata, curantur absque metu periculove tumorũ, incendiorum, duritiei, aut aliorum quorumcunq; symptomatum.

ALIVS PVLVIS VVLNERA CONGLVTINANS.

EXprimatur succus à prunulis sylvestribus, vel à gallis immaturis coquatur in spissitudinem, & addatur octava pars consolidae maioris optimè contusae, & rursus coquantur in aqua aluminis perfecta, postmodum siccentur ad solem.

ALIVS

ALIVS PVLVIS VVLNERA CONSOLIDANS.

THuris, myrrhae, masticis ana vncia semis, corallorum rubeorum drachmae duae, aloepatici vnciae duae. Misceantur & fuit pulvis, qui praecedentibus addi potest.

ALIVS PVLVIS AD VVLNERA
conglutinandum.

SVcci prunulorum & gallarum immaturarum, saniculae, pyrole, ophioglossi ana vnciae quinque. Siccentur ad solem, & addantur gummi ammoniaci praeparati vnciae duae. Deinde siccentur & coferuentur loco sicco.

Notandum interea his non vtendum esse pulueribus absq; sticticis vulnerum emplastris, ad euitandum accidentia. Cibentur vulnerati ficcis, & paucopotu contentu viuant.

VVLNERVM DOLORVM SEDATIO.

RAdices hyoschiami digerantur in aceto rosaceo, & fiat ex eis epythema ad solem, in quo lintei madefacti superponantur tepidi, saepius donec dolor cesset.

VVLNERVM SPASMI CVRA.

Oleum terebinthinae quod in eius destillatione primum effluit, cum oliuarum oleo mixtum, si ad vicinas partes vulneris allita fuerint ambo saepius, spasmus tollunt.

VVLNERVM SYMPTOMATVM VEL

accidentium definitiones & cura.

PAROXISMVS IN VVLNERIBVS.

Dicitur quando vlnera primo calescunt admodum, & postea frigus incidit vt in febribus, alternis diebus vel horis.

Ff

AR-

CVRÆ MEDICÆ PARACELSI.

ARDOR.

Vbi calor oritur in vulnere, qui per totum corpus extenditur, cessat, & iterum suo determinato tempore redit nullo frigore succedente.

STVPEFACTIO.

Dicitur quando vulnus indormiscere videtur, ac si formicæ in eo discurrerent.

CVRÆ ISTORVM TRIVM ACCIDENTIVM IN
vulnere, communis hæc est.

CAlaminaris lapidis, litargyrij, minij ana libra semis, tutiæ, ceræ, olei mirtillorum ana vnciæ nouem. Cocta simul in ceratum applicentur. Similiter oleum camphoræ vulneribus illitum prodest. Item vncia semis conferuæ mitridaticæ hausta. Singula per se curant, aut simul iuxta necessitatem.

TVMOR VVLNERVM, AVT SACCVS.

EST quum vulnus tumet vnà cum calore, & si digito comprimatatur fossam efficit manentem, vt in hernia aquosa, alij verò tumores non habentur accidentium loco.

CVRÆ HÆC EST.

Nasturcij aquatici, nenupharis ana quod sufficere videbitur, conquantur simul in aceto rosaceo, & calida superponantur.

ALIA CVRÆ.

Melaones in aceto simili cocti, applicentur, vel etiam ictis spongia in aceto cocta.

ALIA CVRÆ.

Ex furnis argilla vsta, & in aceto cocta superponatur.

VER-

VERMES.

IN vulnere nascuntur incuria, vel potius imperitia chirurgi, medicamentum ad rem inualidum applicantis, quò fit vt caro putrescat in vermium generationem.

PUTRESCENTIA.

Quum vulnus ita putrefit vt curam non admittat.

FORAMINATIO.

QVando vulnus tardè nimium sanatur, aut retardatur, introducitur fluxus, & inde nascuntur foramina.

FOETOR.

Nonnunquam siue sanetur vulnus, siue non, foetet. Indicium est, vel pravi medicamenti, vel calidæ naturæ.

CVRA ISTORVM QVATVOR
symptomatum.

Mellis libra semis, aloepatici vncia vna, succi chelidoniae vnciae sex, salis communis vncia semis. Omnibus permixtis fiat lotura, qua vermes & alia quæ dicta sunt accidentia quatuor arcentur ac amouentur.

ALIA CVRA AD EVNDEM EFFECTVM.

Consolidæ aureæ, consolidæ rubæ ana manipulus vnus, mellis cocti & despumati libræ duæ, salis gemmæ vnciae duæ, vini libra vna & semis. Coquantur in loturam.

IGNIS PERSICVS, AVT PRVNA.

Dicitur vbi vulnus sub curæ finem intumesceret ob calorem, & glauco, fusco, & postremò nigro colore tingeretur, & incenderetur.

CVRAE MEDICAE PARACELSI.

CANCER.

EST quando vulnera calorem, & cum eo fluxum concipiunt, & iuxta vulnus foramina producuntur, circum circa depascentia & corrodentia.

CVRA DVORVM ISTORVM ACCIDENTIVM.

Vitrioli vncia vna, gummi amborum minorum ana vnciae duae, ocræ vncia semis, vini & aceti ana libra vna, cocta calidaque superponantur, atque ligentur.

ALIA CVRA EORVNDENI.

Litargyrij libra vna, aluminis libra semis, salis drachmæ duæ, thuris vnciae quatuor, gummi romani vnciae quinque, vini, aquæ, aceti ana libra vna. Coquantur ad quartam horæ partem, & calida superligentur. Item sanguis destillatus superpositus aufert accidentia dicta.

CONSVMPATIO MEMBRI VEL ARIDVRA.

Dicitur quando vulnera malè curata sunt, vt liquores naturales liberos meatus habere nequeat, obstructione impediante quò minùs ad membrum veniant, sed absumuntur calore naturali, sic deficiente sibi alimento membra coguntur arefcere.

TREMOR.

Inuadit membrum & vulnus, etiam post sanationem, vt quiescere nequeant.

CONTRACTVRA.

Membrum tam impotens ac debile redditur, vt vel minimum pondus vix subleuare valeat.

CON-

CONTRACTIO.

Quoties membrum distentum aut curuum remanet, vt nō possit extendi, vel incuruari.

CVRA QVATVOR ISTORVM ACCIDENTIVM.

Galbani libra vna, terebinthinæ libræ tres, olei laurini, olei oliuarum ana drachmæ tres. Fiat oleum, cuius vsus manè & vesperi, est ad prædicta vtilissimus.

ALIA EORVNDDEM CVRA.

Adipis vulpis, adipis taxi ana libra semis, medullæ de mumijs vnciæ tres. Fiat vnguentum, quo manè & vesperi peruncta membra conualescunt.

CONTORSIO.

Dicitur quando membra simul per nervos cum tremore contorquentur & incuruantur, item os & oculi deformiter inuertuntur, spauentosis torsionibus.

SPASMVS, ET TETANVS.

DVAE conuulsiones vulnerum existunt, & quandoque in membri simul.

CVRA TRIVM ISTORVM.

Sandali maris vncia vna, amygdalarum leporū vncia semis. Fiat puluis de quo detur drachma vna cum aqua basiliconis in potu. Si post priorem haustum redirent, adhibeatur secundus. Ad collū eiusmodi puluis nudam ad carnem suspendendus. Ad collū eiusmodi puluis nudam ad carnem suspendendus, manuque strictissime continendus, vt in ea concalescat,

CVRAE MEDICAE PARACEESI.

FISTULA DICITVR.

Quoniam vulnus clauditur superius excepto foramine paruo, sub-
tus verò virus omne delitescit ad huc.

CVRA HVIVS.

Emplastri de mumia vncie duæ, visci de botin vncia semis, liquo-
ris consolidæ rubeæ drachma vna. Fiat emplastrum, quod su-
perpositum per sex dies maneat immotum, postmodum innoue-
tur atque tam diu relinquatur, vt prius.

ALIA EIVSDEM CVRA.

Aquæ galitheni vnciæ quatuor, olei vitellorum ouorum vncia
vna, mumia liquorum vnciæ sex. Fiat oleum quo madentes
panni superponantur.

GLVTEN ALBUM VEL SYNOVIA.

Quando clarum & viscosum quid è neruis per vulnus effluit in
forma albuminis oui.

SANGVINIS FLVXVS IN VVLNERE.

Vbi vulnus sub medicamento vice qualibet sanguinem emittit
cum sudore.

CARO SVPERFLVA.

Nascitur in vulneribus præter necessitatem, & putrida.

ISTORVM CVRATIVVM.

Cerati de mumia vnciæ tres, olei de spica drachma vna, testacu-
lorum tostorum drachmæ tres. Ex omnibus fiat emplastrum.

TVBER-

CURAE MEDICAE PARACELSI.
TUBERCULA, VEL VERRUCAE
vulnerum.

116

Quoties in eis calli nascuntur, istis cum vulneribus curam & sanationem admittentibus.

CURA EST.

Vt locus singulis diebus inungatur oleo ardente.

FUNGVS.

Qvando post vulneris curam, & conclusionem verrucæ quædam enascuntur, & tumor spongiosus, quantitate quandoq; duarum, trium, aut quatuor librarum, vt agaricus ex abiete, foetens & foraminibus scatens.

CURA.

Arsenicato filo per nodum stringendo abscindatur, sistatur sanguis, & oleo ardente vulnus optimè perungatur. Hoc oleo consumuntur verrucæ & fungi prorsum à radicibus & ranis, è quibus oriuntur. Consumptione peracta, curentur pori emplastro de mumia. Si tamen sanguis abundè nimium efflueret, laxetur vena retro fungum, & refrigeretur, vti de sanguinis repressione dictum.

FISTULA PVSTVLOSA.

Deprehenditur, quum vulnus repente nimium concluditur, priusquam fundamentum vel fundum solidum ponat, & ea de causa putrescit.

CURA.

Liquorum carabis, asphalti, ammoniaci ana vncia semis, cerati de mumia vnciae tres, misceantur simul in emplastrum & applicentur.

Ff 4

OPI.

CYRAE MEDICAE PARACELSI.

OPILATIO VVNERATORVM.

Fit ex debilitate naturæ, ob nimiam sanguinis effluxionem, qua fit vt æger beneficium ventris non habeat, neque vesicæ.

C V R A.

Serapino, vel mumia vltamarina purgetur æger admixto iusto pondere vulnerariæ potionis cuiuslibet, quibus vnà simul vtendum.

HOEMOPTOICA SPVTATIOQVE SANGUINIS, INVULNERATIS POTISSIMUM.

Procedit ex sanguine congelato, qui retentus intrinsecus, ab exordio non purgatus, per os quærit emunctorium.

C V R A.

Reubarbari, liquorũ de lacca ana vncia vna, mumia vnciæ duæ. Dosis est drachma hausta per os quamdiu sanguinis expuitur. Si forte non cessaret, addatur mumia syluestris tertia pars, sed eius tum drachma semis tantum fuerit administranda.

SYMPTOMATVM, VEL ACCI-

*dentium in vlceribus cautio & cura, per nouem
experimenta probatissima.*

PRIMUM EXPERIMENTVM.

ALoeepaticum cum tereniabin crudo destilletur in oleũ, quod optimo iure balsamum dici potest. Nam eo curantur, gangrenæ, vlcera cauernosa, quæ pseudomedici falso fictoq; nomine pœnitentiam S. Ioannis appellant, atque vindictam.

SECVN-

SECUNDVM.

Salis armoniaci vnciae tres, salis communis vncia semis, bulliant in aqua, & addantur gummi atramentarij vnciae tres, bulliāt iterum & in duritiem excoquantur. Huius pro quantitate fabae in aquae mensuram vnam, iniiciatur, lauacrum exhibebit praestantissimum ad mundificationem vlcercum omnium, bonamque dispositionem ad curam & sanationem.

TERTIVM.

Aperiantur venae tres ad pedes. Postmodum coquantur simul aloepaticum, & tereniabin crudum. Et ista decoctione lauentur vlcera.

QVARTVM.

PArthenion, & consolida aurea simul contusae vlceribus superligentur & maneant tribus horis, abijciantur postea. Tandem vlcera lauentur decoctione foliorum quercus.

QVINTVM.

SVcci chelidoniae libra vna, aloepatici vnciae duae, mumiae vncia vna, viridis aëris drachma vna, aluminis vsti drachmae duae. Tritis terendis, vnà simul digerantur ignis vel fimi calore diebus octo, tum demum vlcera pannis eo medicamento madentibus ligantur.

SEXTVM.

AQuae decoctionis foliorum quercus librae duae, olibani vncia vna, visci ex serpentina vnciae tres, liquoris mumiae drachmae sex. Simul omnia misceantur. Medicamentum hoc plurimis doctoribus emit vestem nouam.

CVRAE MEDICAE PARACELSI.

SEPTIMUM.

Viridis æris vncia semis, aluminis vsti drachmæ duæ colcotharis drachmæ sex, terebinthinæ destillatæ libra vna. Misceantur & perlinantur vlcera.

OCTAVVM.

Olei ardentis libra semis, cōsolidæ aureæ, parthenionis ana manipulus vnus. Hoc medicamentum infinitos doctores decētissimos releuauit à sua miseria.

NONVM EXPERIMENTVM.

Argenti viui mortificati vncia semis, cerussæ vnciæ duæ, euphorbij tantundem, saxifragiæ, litargyrij, santalorū ana drachma vna, axungia porci ruffi quantum sufficit. Misceantur, & curentur vlcera quæuis.

FINIS TERTII TRACTATVS.

TRACTA




TRACTATUS QUARTUS,
 DE OBSCURIORVM LOCORVM
 ET VOCVM IN SCRIPTIS PA-
 racelsi passim occurrentium, defini-
 tionibus.

PRAEFATIO AD LECTOREM.



Duersarij Paracelsi cum nihil calumniarum habent quod obijciant. Obscurè scripsit (aiunt) excogitatisque vocibus contegere sua de studio voluit, vt non intelligatur, ne fortè reprehensionem censoriam incurrat, hoc velo potest tutius in alios animaduertere sine metu retributionis. Ecce quàm insigniter sua iacula in hūc laxata virū in seipso retorquentur, vt opus non sit alia defensione, quàm aduersariorū frustraneos conatus admirari. Si obscurus est igitur, & eius scripta magis intricata quàm assequi valeant ingenio, vt fateri videntur, alioqui nō dicerent obscura, & non intelligibilia. Quid eos mouit vt reprehenderent quæ non intelligunt, nisi quod inuidos omnes seducere solet, ipsa nimirum cecitas mentis, fossorem proprium in foueam trahens paratam alteri? Proinde ne & hoc eis obstaculo sit quòd minùs intelligant, exponere volui nedum voces, verum etiam ænigmata. Videamus tandem si cautiùs mordere queant incudem quàm fecerunt hactenus, & præter lationem dentium euadant. Paracelsus Græcorum & infidelium scholam non magis modò quàm viuens olim reformidat. Sciuit enim, quod & eius discipuli non ignorant, rupem & alpes à niuibus non dissolui, neq; ab ardoribus liquefcere posse, multò minùs à mendacio veritatem euinci. An Græcorum figmenta, verbum Dei, cui soli innituntur



PRAEFATIO AD LECTOREM.

Scripta Christianorum, superabunt? Absit, cadet potius lucifer hominum in tenebras, quam lux naturæ, verbo suffulta Dei, vacillet. Summatim vel Græci philosophi sophorū Christianorū discipuli futuri, vel tenebrarum perpetuo mancipia mansuri. Quis non videt palliatam virtutem omnem infidelium in exitiosissimum finem tendere? Omnis enim origo, vel ex Deo est, vel ex Diabolo. Infideles verò lucem ex Deo nullam habent, sed quam habere videntur, pallium est tenebrarū. Quapropter suadeo, si Paracelsum vincere volent eius aduersarij, non hominum, præsertim infidelium, autoritatibus id faciant, sed scripturarum Dei, quibus innititur. Si malè allegare credant, testimonium perhibeant de malo, & malum eius, bono suo, si quod melius habent, euincant, cedemus veritati, cui etiam militamus, non Græcis.

Iudica Lector, si quid malè dictum,
corrige, & vale.

PARA-



119

PARACELSI DI CTIONARIUM.

A.



Cetum philosophorum est, aqua mercurialis, quam aliàs lac virgineum appellant, quo metalla solui perhibent.

Acetum radicale est, acetum destillatum ex sua radice vel matrice, dicitur etiam aqua soluens.

Adamita, est tartari quædam species.

Adech, est interior & inuisibilis homo noster, qui singulorum exemplaria præfiguratur in animo nostro, quæ manibus suis postea fingit ac imitatur exterior iste homo noster visibilis, vterque iuxta suam naturam operatur, inuisibilis inuisibilia, sensibilis ea quæ sub sensum cadunt, sub eadem forma tamen.

AEs non semper cuprum denotat, sed quandoque aurum vel argentum à natura sine alterius metalli aut lapidis permixtione, purum & per se generatum metallum, ex quo moneta cudebatur olim, vt modo ex alijs arte humana separatis. Primò natum in Galilea, sed in parua quantitate. Nostris temporibus visum est simile, sed rarò nec nisi pro miraculo reperiri contingit.

AEthna dicitur ignis subterraneus, inuisibilis & sulphureus, qui lapides sub montibus adurit in carbones gagati per similes, resina & bitumine quodammodo pleni sunt, vt carbonum ex ligno vice nonnullæ nationes vtantur, & præsertim fabri ferrarij. Nonnullis locis videndum se præbet vno tempore magis quàm alio, vt in Siciliano regno, eo monte qui nomen hoc ipsum habet, item in regno Neapolitano Puteolis non longè à Neapoli. Olim veteres causam eiusmodi flagrationis admirati, nec valètes eam post mul-

tam indignem reddere, tandem eo desperationis deuenerunt, vt inter celeberrimos philosophos, physicos, atque medicos, Empedocles vnus in medias Aethnae flammam deuorandum sese coniecerit, verecundia potius quam ignorantia victum. Item Caius Plinius eiusdem ignis fumo sese non aliter suffocandum exhibuit. O vesana hominum ingenia, qui dum ignorare nihil volunt, experiuntur multos labores sustinuisse vt nihil scirent, praeter ea quae dano-
sam mortem inferunt, existimantes fatius esse non viuere, quam non scire, quae tamen non ignorabant esse transitoria. Mulierculae quidem absoluta coquina, prunas ardentes in ollam norunt concludere, ne per minimam rimulam aeri pateat aditus, ad hunc modum prorsus emoritur & suffocatur ignis, qui nisi per aërem, & in ipso viuunt. Si tamen priusquam extinctus sit omnis, vt vel scintilla supersit, facto spiraculo reuiuiscit, ac in pristinum statum redit. Non secus de aethneo iudicandum, qui suam in mundi centro ducit originem, terraque vt olla continetur. Verum non caret suis spiraculis circum terrae globum hiantibus, per quae modo per hoc, iam demum per aliud vitam & nutrimentum haurit ex aëre. Si verò suis careat spiraminibus, haud aliter quam de ollari mulierum igne fiat necessum est. Videte quæso quam aniles causae philosophos infideles mouerunt, atque torserunt in mortem usque. Latiorem ignis huius naturalis rationem, vbi de mysterio magno increato Paracelsum interpretatus fui libro qui de luce naturae inscribitur inuenietis. Haecenus de aethna mineralium igne, ac patre generali dictum sit, quantum loci ratio patitur.

Aethnici, dicuntur spiritus ignei, vel spirituales homines igne flagrantes, qui varijs modis & formis apparent, vt igneae flammæ, titiones, globi sphaericaeque prunæ, idque in sulphureis montibus.

Alcali dicitur sal omne quod extrahitur è cineribus vel calce cuiusque materiae per lixiuum elixatum.

Alcahest, mercurius dicitur preparatus, nonnulli volunt esse tartarum,

tartarum, mens tamen autoris facilè deprehenditur à præparationis eius descriptione.

Alchimia est, impuri separatio à puriore substantia.

Alcol, aliquando scriptum alcool, vel alcohol, est, pulvis in minutissimum pollinem factus, vbi nihil additur ad nudam vocem, alioqui restringitur per adiunctum.

Alcol vini est, aqua ardens rectificata.

Alcubrih vel

Alcur est, idem quod sulphur.

Alcosol (vel vt nonnulli volunt) alcosol est stybium siue antimonium.

Alandahal est, colocynthis.

Alembroth est sal mercurij vel sal philosophorum & artis.

Alembrot defecatum est, sal tartari, & magisterium.

Almizadir est, viride æris.

Altey plumbi est, materia dulcis ex plumbo.

Alufar est, manna.

Amalgama est, impastatio auri, argenti, vel alterius cuiusq; metalli cum argento viuo.

Amianthus est, lapis alumini scissili vel plumoso natura conditioneque similis, igne non vritur, quapropter & salamander appellatur.

Amidum vel amilum est, albissima farina concreta in panes ad solem.

Amigdalæ apud chirurgos, caro dicitur superflua quæ nascitur ad linguæ radicem.

Amnis alcalisatus est, aqua transiens per calces terræ, ex qua desumptum est alcali.

Andena est, calybs ex regionibus orientalibus aduecta, quæ liquefcit igne haud secus atque aliud quodque metallum, fundique se permittit in formas.

Anathron vel anachthron species est salis quod super petris in modum vñeæ albæ & lapideæ nascitur, nonnulli sal nitrum appellant. Falsò putarunt antiqui fel esse vitri, cum sit potius vel lapidum.

Anatrum est vitrum in colores varios liquefactū, quod vulgari vocabulo sinaltum appellant, vel terra saracenicæ.

Anthos extra vegetabilem roris marini significationem, & ad metalla vsurpatum, significat elixir ex auro, vel eius quintam essentiam.

Anatomia effata, parens est morborum.

Anticar est, borax.

Anatris vel antaris est, mercurius.

Aniaday, vernum tempus significat æternum, & nouum in futuro mundum, & paradysum.

Aniadum est, cœleste corpus, quod in nobis Christianis plantatur à spiritu sancto, per sacrosancta sacramenta, vel est homo spiritualis in nobis regeneratus.

Aniadus est, rerum efficacia.

Aniada sunt, fructus & vires paradyfi & cœli, sunt etiã sacramenta Christianorum, in physicis verò significant astrales vires, atque cœlestes, vt sunt, quæ per influentiam, imaginationem, æstimationem, & phantasiã nos ad vitam longam prouehunt, ex dono Dei tamen, & ad æternam sollicitant.

Anodina sunt indormitiua medicamenta.

Anodus est, id quod ex nutrimento separatur à renibus.

Anontagius lapis philosophicus.

Anima saturni, est altey atque dulcedo plumbi.

Annus philosophicus, est mensis communis.

Anotafier

Aliocab

Alemzadar

{ est, sal armoniacum.

Antera est, medicina tracta de hyacinthis, similitudine sumpta à flauo citrinoue colore floribus in nascente.

Aphorismus vt pro consueto sumitur, scilicet regula generali in medicina.

Aqua coelestis est vinum rectificatum, vt coeli quodammodo naturam & similitudinem induat, multis peractis reuolutionibus.

Aqua coelestina est, aqua mercurialis.

Aqua corrodens est, acetum & omnis liquor corosiuus.

Aqua fecum vini est, ea quæ fit ex calce fecû, vini super marmor dissoluta in modum olei tartari.

Aqua lubricata est ea, quæ fit cum muscilaginosis, vt sunt sacchara, iulep & similia.

Aqua permanens est ea, quæ fit ex duobus perfectissimis corporibus metallicis, per philosophicam solutionem.

Aqua saturnia est ea, quæ naturam in se retinet primorû trium, vt sunt aquæ thermarum à natura dictorum naturaliter medicatæ, per quæ transeunt.

Aqua soluens est, acetum vt supra destillatum.

Aqua æther est, visio nostris oculis aliquando repræsentans aliquid quod verè non est, at solùm apparentia quadam, non re ipsa existit.

Aquila quæ auium regina est, vsurpatur nomine pro sale armoniaco, propter leuitatem in sublimationibus. Verùm, Paracelsus in multis accipi vult pro mercurio præcipitato.

Aquila philosophorum est, mercurius metallorum, id est metallum in primam sui materiam redactum.

Arbor maris est, corallum, quod fruticis instar in mari crescat vegetetque.

Arcanum in genere, vt occultissimum quid significat, Paracelso pariter occultam in rebus naturalibus virtutem incorporeã, & ceu vitæ perpetuæ ac immortalis è coelo in eam deriuatæ participem, quæ multiplicari possit arte spagirica supra priorem conditionem.

PARACELSI DICTIONARIUM.

Archaltes est Paracelfo, terræ fundamentū, siue columna, quòd à suis confortibus sustentari nō videatur, sed ab alio magnali & arcano Dei videlicet, hoc ipsum Archaltem vocat.

Archeus est, summus, exaltatus, & inuisibilis spiritus, qui separatur à corporibus, exaltatur & ascendit, occulta naturæ virtus generalis omnibus, artifex, & medicus. Item Archiatos supremus naturæ medicus, qui rei cuique suum Archeum peculiarem, & membro cuilibet occultè per Arem distribuit. Item Archeus primus in natura, vis est occultissima res omnes producens ex Iliaste, diuina virtute nimirum suffulta duntaxat.

Ares est, naturæ dispensator in tribus primis principijs occultus, vnde singula constant, qui rebus omnibus formā, speciem, & substantiam cuique suam peculiariter disponit, vt propriam, & non alienam, induat naturam specificam. Notanda est igitur inter hæc tria pulcherrimè ordinata diuinitus in natura differentia. Vt pro scholarum consuetudine loquar. Iliastes est generis generalissimi substantia consistens in prima rerum omnium vniuersali materia, hanc in tria genera primūm disponit, videlicet in sulphur, mercurium & sal, primus naturæ dispensator Archeus, indeq; res producit omnes in proxima sua genera. Tandem accedit Ares alter naturæ dispensator, ex generibus formas & species producit in individua.

Ardentia sunt quæ in cibum & potum nō assumpta, sunt vitiis obnoxia natura propria, vt ista carabe, terebinthina gages, & similia.

Aridura est, corporis vel membrorum omnimoda cōsumptio, vel syderatio, vt vocant.

Arles crudum, guttæ sunt mense Iunio cadentes, roris instar in Maio stillantis.

Aromata, cuneta sunt quæ suauem & gratū admodū odorem de se præbent ac fragrantia, quæ alias aromatica generaliter appellatur.

Aroph

Arph est, mandragora.

Arfaneck dicitur, arsenicus sublimatus.

Arsenicum est, fulgur metallorum, est etiam sal ipsorum, & saturni, quod aliàs artanek, vel artanech reperitur nonnullis locis.

Artetiscus dicitur, qui membri defectum patitur alicuius.

Arthoicum est, oleum rubeum, ex radicibus herbarū vnā cum pane simul in fimo digestis, arte tractum.

Asphaltum, est bitumen ex limo terræ & aquæ tractum, ad similitudinem picis.

Ascendentia, signa dicuntur, vel astra firmamenti cœli, & præcipuè syderei spiritus.

Asaphatum est, serpigo, vel impetigo, aut intercutanea scabies in poris generata, vermiculorū instar, edunt, si comprimatur cutis, fila oblonga nigro capite profiliencia.

Assala dicitur, nux myristica.

Assaliæ vermes dicuntur in ligno nascentes, vel inter afferes, aliàs teredones.

Asthma, pulmonis est morbus, vel peripneumonia, vnde grauiā suspiria.

Astrum hoc loco dicitur, virtus & potentia rerum ex præparationibus acquisita, vt sulphuris astrum est eius accensio, qua vertitur in oleum præstantissimum. Item astrum salis est eius in aquā vel oleum resolutio, qua pariter maiores vires induit quàm antea habuerat. Mercurij pariter astrum, est eius sublimatio, qua miram acquirat vim & potentiam naturali sua maiorem, atq; subtiliorem.

Athanor vel Athanar, est furnus in arte spagirica potissimū reuerberatorius, nonnunquam etiā alterius vsus, iuxta arbitrium artificis adaptatus.

Atramentum varia significat iuxta adiectionem, vt furorium est cuperosa interiūs rubeum calcanthum, scriptoriū ad pennam aptum: fuligineum ad typographā: item album, viride, cocruleum,

atque destillatum ex viridi, quod romanū vocant, aut ex alio quopiam.

Attractiua, dicuntur medicamenta, alias magnetica, quæ vim ad se trahendi habent, ex similibus etiam attractiuis composita.

Augurista, dicitur superstitiosus artifex, qui suam artem in speculis, crySTALLIS, & in aquis exercet, præcipuè in volucrum cantu volatuque, vt ex eis præfagiat: aliorum etiã ritus ob eandem causam obseruat.

Aurum potabile est, liquor auri sine corrosiuo, quod paucissimorum eorum etiam qui parant indies in hominum perniciem potiùs quàm ad salutem.

Aurum vitæ, est aurum præcipitatum, & in summam rubedinem cinabaris tritæ similitudine reuerberatum, præstantissimum quod ex proprio suo mercurio fit, ac præcipitatur.

Astromantia, alia est superstitio quædam excogitata, ex ventorum obseruationibus, vt quum astra ventorum in summam, vltra consuetudinem, vehementiam erumpunt, inde futuri præfagium homines otiosi magis quàm curiosi pronunciant.

Axungia de mumia, quæ interdum mumia de medullis etiam scripta reperitur, est medulla ossium.

Azoth est, argentum viuum ex quouis corpore metallico tractū, & propriè mercurius corporeus. Paracelso præsertim est, vniuersalis & indifferens medicina rerum speciem omnem exuta, & intensissimam induta vim, atque centralem quandam virtutem generalissimam, reliquas omnes medicinas in se concludit, non aliter quàm prima, reliquas omnes substantias, exclusis accidentibus. Hanc in ensis pomo conclusam quocunque locorum ierit gestasse secum perhibetur.

B.

BAlneum Mariæ, vel maris, vt multi vocari volunt, est furnus destillatorius aquam continens, in qua calente vasa chimica ponuntur

nuntur ad putrefactionem suæ materiæ quam capiunt, ad separationem, & id genus humidarum ascensionum perficiendas operationes.

Balneum roris, vel roriturum est, furnus in quo super vaporem aquæ duntaxat, vasa destillatoria suspenduntur, vt aquæ corpus nõ contingant, alio nomine vaporosum, aut vaporariũ vocauimus.

Balsamum est, substantia corporum, à putredine conseruans, balsamus aliàs à nonnullis scribitur. Est internus, & externus. Innus in humano corpore, temperatissima quædã est substantia non amara, non dulcis, non acerba, neque sal minerale, sed sal liquoris, quod à putrefactione validissimè præseruat humana corpora: dicitur etiam naturæ corporis gluten temperatissimum. Breuius sic definitur. Est salis interioris liquor suum à corruptione corpus tutissimè præseruans naturaliter. Externus verò terebinthina vocatur à Paracelso, nullam ignis violentiam passã, sed digesta. Item est omne quod celeriter sanat, à germanico sermone ad chirurgiam adaptatum nomen duabus dictionibus bald zamen, id est celeriter coniunctum. Dicitur etiam oleum ex omni corpore destillatum, & ad summum gradum puritatis adductum.

Balsamus de mumijs, est balsamus de carne tractus.

Balsamus elementorum externus, est liquor mercurij externi, aliàs mumia elementorum externorum, & propriè rerum firmamentalis essentia, quam etiam nonnulli quintam vocant.

Blachmal est, materia liquefactione plurium vnà metallorum confusa, in sulphur iniecta.

Barnabas vel potius barnaas est, sal petreæ vrinarium, quod etiam acetum acerrimum dicitur.

Basiliscus minor est, stellio.

Berillus est, speculum ex crystallo superstitione consecratum ab auguristis.

Berillistica est, ars in eiusmodi specillis visiones obseruandi.

Besachar fungus dicitur.

Besonna verò muscarum fungus.

Bisematum, est omnium leuissimum, pallidissimum, & vilissimum plumbum.

Bitumen est, sulphurea terra.

Bolus dicitur lutum quod minerale nullum in se habet.

Bothor aut cossi, sunt apostemata paruula quaedam pustulosa faciei candida.

Botin est, terebinthina certo suo tempore collecta, quum plus virium à coelestibus hausisse putatur. Est etiam balsamus ex eadem tractatus artificiosè, aliàs butimo.

Botium est, apostema proueniens in gula veluti struma.

Boxus dicitur viscus in arbore nascens, vt viscus quercinus, &c.

Brassadella vel brassatella est, ophioglossum, aut lanceola, quam etiam linguam serpentinam vocant.

Brunus est, ignis sacer in membris, alias Erysipela, vulgò ignem S. Antonij vocant, nonnulli vindictam eius.

Bruta, coelestis est virtutis influentia, quæ per animalia bruta rationalibus manifestatur, vt in chelidonia per hyrundinem, in sale per ciconiam clysteris vsus, & id genus alia multa.

Batyrum saturni est, quod supra altey atque dulcedo plumbi.

C.

CAbala vel Cabalia est, occultissima scientia, quæ diuinitus vnâ cum lege Mosi tradita fuisse fertur, asserentibus etiam Rabbi- nis Hebræis, cuius Persæ diligentissimi cultores atque professores extiterunt, vt patet ex appellatione suorum sapientum. Magos vocant suos sacerdotes & arcanorum peritissimos viros, quales fuerunt illi tres qui Christum ex oriente venerunt adoratum, & non reges, vt stultum vulgus hætenus existimauit. Literis olim non, sed auriculariter tantum tradita, mox atque superstitiosi homines, simiarum genus, æmuli, coeperunt eam calamo suo cõspurcare, degeneravit

generavit in superstitionis monstrum, quò factum ut Magia, vera atque diuinitus hausta per spiritum solùm sapientia, pro Necromantia, & Nigromantia hac tempestate habeatur, ut etiam sapientem esse nefas sit, pericliteturque quisquis eam profiteri palam velit: infidelium verò stultitiam publicè docere, sit præclarum & insignis scilicet sapientiæ munus, nullusque sapere iudicetur, qui nō cum infidelibus maximè stultescat.

Caballi, vel Cabales sunt, lemures, & astralia hominum corpora, qui ante prædestinatum vitæ curriculum repentina morte quam extinctorum sunt. Isti postmodum oberrare putantur super terram lemorum instar, donec terminus prædestinatæ vitæ completus sit, ut quod viuere corporaliter debebant, spiritualiter adimpleant: si credere fas est, veræque religioni Christianæ dissonum esse nō comperiat ex scripturis sacris, unde petendus lapis lydius, quo reprobatur omne quod ex auro non conflatum est euangelico.

Cacedonium tartarum, est materia peccans in corpore humano, ob separationem facultate segregatiua factam, non succedente mox expulsiua.

Cafa dicitur pro camphora.

Cahos, præter omnium rerum cōgeriem, Theophrasto est aër, & pro Illiaste supra dicto, vel Illiastro sumitur.

Calcanthum est vitriolum.

Calcinatum maius dicitur omne quod arte spagirica dulce factum est, quod ex propria sua natura non erat, ut mercurij dulcedo, plumbi vel eius anima, salis & similibus, quæ celerrimæ consolidationis existunt.

Calcinatum minus est, omne quod à natura dulce est, & citissimè curat, ut saccharū, manna, tereniabin, nostoch, & similia quæq;

Callena, species est salis petrae.

Caleruth est indicatiū desiderij ad primum perpetuum, ut quum quidpiam in primam materiā redire cupit ex qua prodierat.

PARACELSI DICTIONARIUM.

- Calliette, sunt fungi flauis in plantis iuniperinis.
Calx mercurij, est præcipitatus mercurius.
Calx veneris, est viride aëris.
Calx saturni, est minium.
Calx iouis est, spiritus iouis.
Calx martis, est crocus calybis vel ferri.
Calx solis, est aurum calcinatum.
Calx lunæ, est argentum, calx argenti, vel azurinus flos eius.
Calx permanens vel fixa, est incremabilis materia.
Calx peregrinorum, est tartarum.
Calx lignorum, est cinis eorum.
Chaomantia, est ars qua præsagium sumitur ex aëre.
Claretta, est albumen ouorum.
Cambuca, est apostema vel vlcus in inguine.
Carbones coeli, sunt stellæ.
Carbunculus, est apostema vel pestilens vlcus.
Cardonium, est vinum herbis medicatum.
Carena, est vicefima pars guttæ.
Cassatum, est sanguis in venis inualidus, & mortuus, sanguinis boni transitum & motum obstruens.
Caseus præparatus, est residua viscosa manens in fundo lactis ex caseo defluentis.
Cathimia, est argenti spuma.
Cauda vulpis rubicundi, est minium ex plumbo.
Cautela in arte spagirica, est habitu cõparata quædã industria, qua facilius obeunt suas operatiões, ac perficiunt artis huius p̄fessores.
Cauterium, est instrumentorum chirurgorum, quo aperiunt eutem & carnes exustionibus, est etiam medicamentum in eius locum surrogatum, quod suo corrosiuo citra dolorem aperit.
Celsa, musculus aliàs dicitur vitæ, pulsus per singulas corporis partes oberrans.

Cenigdam vel cenigotam, est instrumentum chirurgicū, quo
 eranium capitis epilepsia laborantibus aperitur.

Cinificatum, idem quod calcinatum.

Ceruiculæ, spiritus est ossis de corde cerui.

Chymus est fex. Chymia feculentia.

Chiromantia penes Paracelsum, non solum circa liniamenta
 manuum consideratur, verum etiā in reliquis indicijs in toto cor-
 pore obseruatis, venis atque ductibus.

Cineritium, est cimentum auri vel argenti, quod à nonnullis re-
 gale vocatur.

Cherua, est cataputia.

Cheiri Paracelsicum absolutè positum absque vlla adiectione
 si de mineralibus fiat sermo, argentum viuum denotat, si verò de
 vegetabilibus, flores vegetabiles. Cùm per adiectionē reperitui ad
 hunc modum, flos cheiri, ex argēto significat album elixir, vel eius
 quintam essentiam, non secus atque flos anthos, auri rubeū elixir.

Cherio, est externorum elementorum occulta accidentalis vir-
 tus & non qualificata natura caliditatis vel frigiditatis.

Cherionium, est id, in quo natura non potest alterari, vt crystal-
 lus à natura induratus liquefieri non potest, vt ille qui fabricatur
 arte.

Cherubin, est virtus & influentia cœlestis, dominatio atque po-
 testas super omnes dominationes & potestates, à Deo procedens
 in terram, & super omnes homines. De hac diuina gloria legitur
 amplissimè apud Paracelsum, in expositionibus Psalmorū Dauid.

Clissus, est virtus rerū occulta vadens & rediens vnde primū
 exiit, vt virtus radicū in caulem transit, ac reliqua quæ surgunt
 ex eis, tandem in eas reuertitur post autumnum, ibidem per hyc-
 mē totam delitescit vsque ad primum ver, & æstatem.

Citrinulus, est crystallus pallidus.

Citrinulorum, pharmacum est ex colcothare, id est vitriolum

calcinatum, & in suum alcali reductum: comparatione facta ad crystallum, ob transparentiam eiusmodi salis pallidam, diaphano crystallo per similes.

Citrinula, est flammula, herba Paracelso multum familiaris, ut passim in suis scriptis reperitur.

Chybur vel Cibur, est sulphur.

Chisir minerale, à nonnullis interpretatur aurum, verum ego ex precedentibus iudico esse quodcumque sulphur generis metallici.

Cist, vel aliàs kist, est capacitas duarum mensurarum vini, vel sequi mensuræ iuxta locorum diuersitatem.

Coeli planetarum apud Paracelsum, proprii sunt orbes ipsorum sphaeræque, non ficticiæ quibus tribuuntur motus ab infidelibus, quos etiam æquè cognouerunt in coelo, atque potuerunt in terris Empedocles & Plinius Physicorum historiographus, Aethnias flagrationes inuestigare. Si quod in terris est ignorarunt, quod immenso distat intervallo, qui bene dijudicare potuerunt aliter, quam per fallaces cõiecturas? Siquidem ob suam infidelitatem, veri nullius fieri participes ex suis speculationibus ac imaginationibus æquum esset. Cum veræ visiones meditationum fidelibus duntaxat reseruatæ sint à Deo, falsæ contra procedunt ab inimico veri, speculationesque sequuntur infidelium, quibus in sortem ea pars contigit.

Cohoph, Paracelso familiarissima dictio, repetitiones significat destillationum, ad feces reddito liquore ab eis tracto sapius, qui vel materiæ proprius est & naturalis, vel in vehiculum adiecticius.

Cohos, est omne quod cutis in toto humano corpore concludit, allusione ad cahos facta, quo iam in ordinem diuinitus redacto, & non ut prius informi, cuncta comprehenduntur quæ creata sunt, ad minoris ordinati cahos, vel cohos utilitatem.

Colcothar apud Paracelsum propriè intelligitur vitriolum, & serpens,

Serpens, aut lacerta viridis quæ propriam caudam deuorauit, hoc est, quod aqua propria fixatum est ad hunc modum videlicet. Ab ipso tota sua per destillationem abstrahitur aqua, quæ rursus capiti suo mortuo trito redditur & reafunditur, abstrahitur vt prius, atque refunditur toties cohophando, vsque dum eò deuenierit, vt nullam de se præbeat amplius aquam, quantumvis vrgeatur igne seuerius. Communiùs etiam intelligitur caput mortuum, simplici modo citra cohophationem rubificatum ex vitriolo, quod etiã atramentum rubeum appellatur à nonnullis. Et ironicè vocatur à Paracelso Henricus rubeus, in derisionem aliquorum eminentiorũ chirurgorum & circulatorum, qui hoc solo medicamento conabantur omnia cum vlcera, tum vulnera curare, & huic vnico remedio tanquam anchoræ sacre innitebantur, perdentes potius ægros quàm seruantes. Nec desunt adhuc qui hac tempestate vitriolum, sulphur & alumen concremata, vulgò passim per omnes ferè nundinas exponunt magno pretio venalia, quæ vili pecunia compararunt, lapidem sanctum prædicantes è longinquis & ultramarinis regionibus allatum, imò ex proxima pharmacopolia, quo cuncta curantur vlcera & apostemata, præsertim loculorum negotiatoris vlcus in apostema rursus intumescit rusticorum nummulis. Sic mundus in æuum decipi concupiscit, vt nullo vnquã admonitus exemplo vel periculo resipiscat. Habeat igitur quod quærit.

Colica, est tartarus resolutus, morbus intestinorum fixus in intestino colo.

Coleritium, est liquor compositus ex corrosiuis metallorũ inimicissimis materialibus, quo probatur aurum ad lydium lapidem affricatu, & cui nullum metallum præter aurum solũ resistere potest, vnde cognoscitur è vestigio si quod aliud auro permixtum sit, hoc omne mox euanescit mutato colore ea parte qua coleritium illitum fuerit, cætera non madefacta colorem affricati auri seruante. Putum verò ac purum nihilo prorsus immutatur eo liquore.

Cometz, est gutta semis.

Complexio, est natura patris. Aliàs est qualitas calidi, vel frigidi: hoc habet naturam agnatam sibi humidam, illud verò siccā. Duæ sunt igitur complexiones, & non quatuor. Nam calidum propria natura simplici non permixta, semper est siccum, & si quandoque humiditatem admittit à frigido mutuatur, vt hoc ab illo siccitatē, quam aliquando recipit accidentaliter.

Confirmamentum, est astri corpus in homine, vel est sydereum in homine, vel astrale corpus.

Confortatiua aut **confortantia**, sunt medicamenta quæ corda hominum atque naturam corroborant, vt expulsiua virtus eius valeat accidentia noxia quæuis excludere coho. Potissima totius medicinæ methodus, in qua totus spagiricus labor potissimùm insudat. Nam sibi met ipsi natura medicus esse debet, homo cui medici nomen tribuitur, minister nature tantum, & seruus veri medici. Si quid vltra præsumat, temerarium esse nature persecutorem, imò perditorem hominū, est quòd sciatur, nec id celatū oportuit.

Congelatiua, sunt medicamenta fluxus omnes sistentia, comprimantia, & exiccantia.

Congluten, vel **conglutinatum**, est quod ex putrefactione in materiam glutinosam vertitur.

Cor inter mineralia, dicitur aurum.

Corbatum, est cuprum.

Cornu cerui, in chymicis, est alembici rostrum. Est etiā in medicinalibus apud Paracelsum herba vulneraria, ob similitudinē foliorū ad eiusmodi cornua alludentem naturaliter, ex arte signata.

Corpus, est subiectum in quo virtutes rerum delitescunt.

Corpora supercoelestia, sunt ea quæ per mentem in imaginatione solūm, & non per oculos carneos cognoscuntur. Spagirorum subiecta sunt mirabilium operum.

Corpus inuisibile, est anima, siquidem tenet medium inter cor-
pus

pus visibile, qua de causa corpus ea parte vocatur, & inuisibile dicitur, quia participat cum spiritu inuisibili. Notandum interea has definitiones physicas, & non theologicas esse, ne quis ansam calumniandi sibi faciat.

Corpus physicum, est subiectum naturæ.

Consolidatiua, sunt externa chirurgorum medicamenta, vulnera & vlcera carnibus recentibus explentia, & cicatricem obducentia.

Consolida, quæ aliàs dicitur à Paracelso Aurea Sophia, est herba quædam flores habens citrino colore tinctos & rotundos vt flammula, frondes verò yfopo non absimiles, in Carinthia vulgaris admodum, in alijs regionibus non vsque adeo frequens, neq; nota.

Constellatio, dicitur supernorum astrorum, vel corporum in inferna virium atque virtutum impressio, & operatio, qua conueniunt in concordantiam quandam naturalem. De hac habetur excellentissima præ ceteris ars & scientia physica, quæ propriè Physionomia signata rerum naturalium, in sympathia superiorum ad inferiora dicitur, non extans, sed eum plerisque alijs Paracelsicis scriptis excellentioribus suppressa. Quæ si prodiret in lucem, tum demum cognosceretur ab inuidis naturæ persecutorib⁹, & ipsius, qualis Philosophus & Physicus extiterit Germanus Apollo Paracelsus, quantoque interuallo Græcos & infideles Philosophos omnes à tergo reliquerit.

Constrictiua, sunt chirurgicalia medicamenta stiptica, sua virtute labia vulnerum comprimantia. De his lege supra secundo tractatu, de specificis.

Contorsio, tormentum est intestinorum.

Contractio & cōtractura, membrorū est impotentia, viriumq; suarum naturalium destitutio.

Corrosiua sunt chirurgorum medicamenta superfluas & inualidas carnes exedentia.

Conseruatiua, Phisicorum præsertim, sunt medicamenta, vitæ & corpus à corruptionibus præseruantia. Talia potissimum ex eis rebus petenda, quæ longiorem vitam ac temperatiorem à natura nacta sunt, qualia sunt inter vegetabilia quæcunque semper virent hyeme pariter ac æstate, longiorique tempore perseuerant: inter animalia quæ diutius ac sanius viuunt: inter mineralia, quæ mu- mialis essentiæ liquorisve plus habent: & inter metalla, quæ sunt æ- rugini minùs obnoxia. Talia non sunt conserua rosarum, violarû, & cætera, quæ conseruatione ipsamet indigent, ac mutuatur à sac- caro. Pudet prisorum inuenta recensere.

Coostrum, intermedia pars diaphragmatis.

Cotoronium est liquor.

Coruscus, est auricula muris.

Cortex maris, est acetum Philosophorum.

Cruor salis, est sal separatum à primo sale, vitio secundæ dige- stionis.

Cycima, est lytargirium.

Cydar, est Iupiter.

D.

DAura, folium est ellebori, aliàs aureum.

Demotinus lapsus, repentina mors.

Descensorium, est furnus chymicus in quo deorsum fluit liquor à crassa materia separatus.

Derses, est occultus terræ vapor, ex quo nascitur omne lignum & crescit.

Diapensia, est alchimilla.

Diaphonum, est id quod transparendo lucet.

Diaphoreticum, est medicamentum sudoris expulsiuum.

Diasatyrion, est confectio venerem excitans.

Diateßadelton, est mercurius præcipitatus.

Dienez, sunt spiritus duriorum lapidum habitatores,

Digestio,

Digestio, est operatio chymica, vel spagiricus gradus alludens ad stomachi humani digestionem, in quo & per quem materia decoquitur in separationem puri ab impuro. Nonnunquam usurpatur pro furno vel vitro in quo magisterium hoc adimpletur.

Discus solis, est argentum viuum ex auro.

Diuinationo, est incertum quoddam praesagium à cogitationibus ex propria luce desumptis, vt cum dicitur hoc mihi mens aut cor praesagiuit, vel animus meus angelus indicauit, & similia vulgò prolata.

Diuertalium, aut diuertallum, est generatio quæ fit ex elementis.

Dubelech, est apostematum concauitas in genere.

Dubelcolep, est compositio ex corallo & carabe.

Duelech, est tartari species in humano corpore, lapis spongiosus valde periculofus.

Duenech, est antimonium.

Durdales, sunt spiritus corporei in habitatores arborum.

Dracunculus, est brassatella, ophioglossum.

Dulcedo saturni, est altey, vel cerussa.

E.

E Delphus, dicitur omnis qui ex elementorū natura prognosticat.

Edir, est calybs vel ferrum.

Electrum penes Theophrastum, est mixtura compositi metalli ex omnibus iuxta Planetarum obseruatas coniunctiones, in vnicū metallicū corpus conflatis & colliquatis. Ex simili constabat Virgilij campanula, tempore Regis Artus, quæ adulterio contaminatos, tam viros quàm mulieres, de ponte in aquam praecipitauit solo sonitus clangore, liberato Rege à suspitione, quam sinistrè de sua conceperat vxore. Fertur etiam (quod experimento nonnullis spagiris constat) ex simili ritè conflato compositoque metallo, cyphus gustatorius fabrefactus, venenum aut toxicum nullū admit-

tere, quod si fortè iniiciatur, ebullire quicquid liquoris eo continetur, edito strepitu maximè perceptibili, ac si nitrum in prunas conijceretur.

Aliud narrat Paracelsus tractatu de similis electri compositione, se vidisse quendam Hispanum, habentem eiusmodi campanulam, pondere vix sesquilibræ, per quam inscriptis nonnullis characteribus & verbis, tot spectra prodigiaque quot velles, conuocabat, edebat, & abigebat pro suo arbitrio. Voluit is persuadere Paracelso vim & energiam campanulæ totam in verbis & characteribus magis quàm in sonitu, vel metallo consistere. Verùm Paracelsus rem non ita se habere vt afferebat, etsi pro variatione scripturæ varia etiam ederentur prodigia, maximam potentiam in metallo sitam esse deprehendit. Hæc dicta solùm vt sciatur quid Electrum apud Paracelsum denotet, nō semper carabem paleas attrahentem, neque cyprium es calaminari lapidè tinctum, alio nomine laton.

Essila, est tinctura solis calore facta, vel in facie, vel alia quauis parte corporis in cute.

Elementum apud Paracelsum, est corruptibilis ac transitura mundi essentia, & omnium quæ patiuntur mutationem, anxietatem, atque necessitatem in diem vsque postremi iudicij, consumptionisque huius inferioris mundi. Est etiam essentia spirituum in elementis degentium ac delitescentium, & astrum eorum.

Elementa matrices rerum sunt, in & ex quibus generantur, subalterna tamen elementis Paracelsi, quòd istorum singula quatuor illa contineant, ac sint generaliora. Non prætereundum hoc loco, quod in Physicis notatu maximè dignum, & minùs hætenus animaduersum. Quò quid in occulta natura simplicius, eò generalius à spagiris & adeptis Philosophis esse comperitur: & quantò specialius, tantò compositius ac materialius, vt ita loquar ex arte. Exemplo, quantò magis ab indiuiduorum essentia species remouetur, tantò proximius accedit eorum materia ad elementa simplicia,
necnon

nec non forma ad influxum vel influens vniuersale simplicissimū, attamen generalissimum. Non sic in manifesta natura, in qua partes specialiores, imò deteriores magisque degeneres existunt, quò remotius à suo toto recedunt. Hinc fit quia principia rerum naturalium in se continent omnia potentialiter. Verissima est igitur spagirorum sententia, de occultæ naturæ ad manifestam, & e contra diuersitate.

Elephas, est aqua fortis.

Elixir propriè, est fermentum cuius minima quãtitas, sui generis ingentem molem, in pastam sibi similem penetrando conglutinat. Pasta Paracelso hoc loco spiritus est vitæ hominum, inter nusque vitæ balsamus. Elixir autem externus arte balsamus ab externis conquisitus, ac præparatus in spagiricum fermentum.

Emunctorium, est locus expulsionis corruptum, per quem exitum habent, valida pellente natura suffulta viribus externorum.

Entali, est alumen scissum, & quandoque ex sale gemmæ conflatum arte spagirica.

Enur, est occultus vapor aquæ ex quo nascuntur lapides.

Erodinium, est indicium alicuius rei, vel futuræ historiæ, quæ tantisper adhuc latet homines donec adueniat, tum demum vocatur ex incerto notum & certius præfagium.

Escara, vel est phara, dicitur caro nigra & emortua, quæ per cauterium, vel medicamentum corrosiuum, à bona viuaq; carne per chirurgos separatur ac decidit.

Essaræ, sunt pustule parue scabiei bullarum instar, nisi quòd carnem habeant exuberantem.

Essatum essenziale, est vis, potentia, & virtus quæ vegetabilibus & mineralibus inest.

Essatum vinum, est destillatum & rectificatum herbis ac similibus expletum, ad earum essata essentialia extrahendum, vt vinum de chelidonia, persicaria, pulmonaria, melissa, & cæteris.

PARACELSI DICTIONARIUM.

Essentia quinta iuxta Paracelsi definitionem, est materia quædã ab omnibus quæ natura produxit, ac vitam habent corporaliter tracta, separataque ab omnibus impuritatibus & mortalitate vel corruptione, atque ab omnibus elementis subtilissimè repurgata. De hac lege latius in Archidoxis.

Essodinum, est certum rei futuræ præfagium ex indicio, contrarium Erodinio supra definito.

Esthiomenus, est corruptissimum apostema, totum membrum depascens instar lupi, vel herpetæ mordacis.

Euestrum, est firmamenti perpetuum in elementorũ quadruplici mundo. Est etiam Propheticus spiritus, qui per signũ, vel præcedens aliquod indicium præfagit, ac aliquid futuri certò prædicat.

Excrementa generaliter, sunt omnia superflua per naturam eiecta. Mulierum excrementa sunt menstrua.

Exitura generaliter, est omne apostema quod saniem eijcit.

Exorcista, superstitiosus est artifex, qui manes & spiritus adiurationibus euocat, ac apparere facit.

F.

FAba, est tertia pars scrupuli.

Fabiola, est flos fabarum.

Fatum, est in armeni, perpetuum & insensibile quiddam astrorum cœli, solis & lunæ.

Flagæ, sunt spiritus qui norunt occulta & secreta hominum.

Fel draconis, dicitur argentum viuum ex stanno.

Fel vitri, est spuma vitri.

Fermentum, est materia firma tanquã fixa, quæ suæ naturæ materiam, ad suam firmatam conditionem præparat, quam etiã ante præparationem non magis quàm illa habebat, vt fermentum panis est farina firmata vel consolidata in pastam, quæ farinam similem raram & discontinuam, in aliam pastam fermentatam adducit.

Ficus

Ficus cutis, est verruca innascens cuti ad crura equorum, medicamentum aptum ad matricem.

Fido, dicitur argentum viuum, & nonnunquam aurum.

Fida, est argentum, & aliquando aurum.

Filius vnius diei, est lapis philosophicus.

Filum arsenicale, est arsenicum sublimatum.

Flegmon, apostema commune.

Flos cheiri, est auri essentia.

Flos sectarum croe, nonnulli volunt esse flores ex croco, ob additionem croe, putantes errorem illorum qui scripta Paracelsi manu non exactè legerunt e, pro c. Ego verò per transpositionem deprehendi esse florem muscatæ nucis, vt sonath anthos denotat.

Fœnix, vel Phœnix, est filius vnius diei, vt supra.

Fœdula, est fungi species.

Folia dauræ, quasi folia aurea.

Fons Philosophorum, dicitur balneum maris.

Formæ rerum, influxus dicuntur coelestium, quos à superioribus habent inferiora quæuis, occulta potentia, vis, atq; virtus vni cuiusque rei.

Formicæ, apostemata verrucalia, porralia.

Fugile est aurium in regionibus apostema.

Fuligo metallorum, propriè dicitur arsenicum, sed vsurpatur pro mercurio.

Fulmen hoc loco, sunt flores cupellati argenti, in ipsius cū plumbo repurgatione, vnde fulminare metalla, idem est ac repurgare, potissimùm quæ perfectæ dicuntur.

G.

GAmathei, sunt lapides quibus coelestes vires, & supernæ cōstellationes imprimuntur, mirādis characterib⁹ imaginib⁹ & figuris insigniti vel celati, quales aliquādo natura fabrefactos videre sapissimè cōtingit è montibus erutos, quandoq; secundū ripas aquarū.

PARACELSI DICTIONARIUM.

Glacies dura, est crySTALLUS.

Gladialis, est ars qua iuxta firmamenti cursum astrorum, gladij euduntur & enses, quibus & incudes resistere nō possunt, vnde vocatur aliàs incusma.

Gelion, dicitur pro folio.

Geomantia, est ars & scientia terrarum notissima. Sed hoc loco dicitur quum astra terræ sese palā faciunt hominibus, vt inde prophetiam aut præsagium sumant quod sortitur effectum. Dicitur etiam Astronomia terræ, quæ dupliciter operatur, aut per astronomicas calculationes, vel per puncta.

Geluta, est herba carlina.

Gemma tartarea, dicitur lapis vel calculus generatus, ex diaphano & perspicuo tartaro.

Genula, est planta degenerans ex transplantatione pastinacæ.

Gibar, est medicina metallica.

Gigantes, sunt elati vel proceri supra, vel præter naturam homines, aut citra leges naturæ.

Gilla vel Grillus, apud Paracelsum est vitriolum sua sponte resolutum in aquam. Nonnulli putant à natura talem exhiberi liquorem. Sunt qui hoc nomine salis armoniaci aquam appellant.

Gluten, est Paracelso sinonia, vel vt nonnulli volunt sinouia, liquor viscosus albus & clarus in omnibus iuncturis instar albuminis in ouo, perspicua materia, in qua si generetur tartarus ob sal resolutum quod habet in se quandoque coagulatum, oritur inde podagra, cuius etiam locum, & verum domicilium esse asserit.

Glutinis tenacitas, est resina mineralis.

Gluta, dicitur vis tenacis picis, & efficacia.

Gnomi, dicuntur humunciones vel spiritus potiùs corporei sub terra viuentes, aliàs pygmei, cubitali vix altitudine.

Græca magia, est ars superstitiosa à Græcis inuenta vel saltem culta, visiones vanas tractans, qua efficiebant vt apparerent ea quæ verè

verè non erant, indeque magnam apud ignarum vulgus sapientiæ captarent existimationem, cum nihil aliud esset quàm oculorum aciei, per obfuscationem vel obtusionem, transmutatio, ex imaginationibus hominum sumens exordium, quorum assensus cū infideli conatu, per omnis mendacij machinatorem cōiungebatur in similitudinem. Quid non molitur in vanis hominibus hac via nequam artifex?

Gravus, lapis est porphyrites, cuius vsus vt marmoris in arte spagirica, ad spontaneas rerum solutiones potissimùm est idoneus.

Guarini, sunt homines ex influentia cœli viuentes.

Guma, est argentum viuum.

Gumicula, est valeriana.

Guta rosacea, est rubedo præsertim in facie similis illi quæ tinctura est in origine lepræ.

H.

HAl, dicitur sal.

Halcyon, vel alcion, est glacialis auicula.

Harmel, est semen rutæ syluestris.

Haro, species est filicis.

Hel, est mel.

Henricus rubeus, est colcothar vitrioli.

Helebria, est species veratri nigri, rubeos flores edentis.

Heliotropium, est melissa Paracelsi.

Hemorrhoides, est sanguinis in ano profluuium.

Hydromantia, est ars sumpta ex astris aquæ, quum in ea sese palam faciunt hominibus, ab inundationibus inusitatis, fluctuationibus, alijsque apparentijs.

Hydropiper, est persicaria, rubeis tincta maculis.

Hinnicula, genicula, vel vt supra gumicula, est valeriana. Verùm puto variationem ex errore scribentum.

Homunculi, superstitiosæ sunt imagunculæ loco vel nomine

PARACELSI DICTIONARIUM.

alicuius fabrefactæ, vt astralem hominem inuisibilem contineat, cuius causa fictæ fuerunt in superstitiosum vsum.

Horizon, mercurius auri.

Humor vitæ, fomentum est & pabulum calidi naturalis, alias humor radicalis.

I.

Aspis, est lapis hoematites.

Massa, est herba trinitatis.

Ictericia rubea, est Erysipelas.

Idiotæ, sunt contemptores verarum artium, etsi falsarum sint peritissimi professores.

Ignis leonis, est elementum ipsum ignis.

Ignis persicus, est vlcus ardoris, incendio torquens.

Ignis pruinus adeptus, est essentia quinta vitrioli cum tartaro rectificata.

Ilech primum, est principium primum.

Ilech supernaturale, est coniunctio supernorum & firmamentalium astrorum, cum terrenarum rerum astris inferioribus, atq; vino.

Ilech magnum, est ascendens vel astrum medicinæ, quod vnâ cum ea sumitur, in qua etiam occultum est non secus atque in firmamento superiora sydera, item in homine inferiora.

Ilech crudum, est compositio ex materia prima trium primorū principiorum.

Ileides, est aër elementalis: in hominibus verò spiritus est qui transit per omnia membra.

Iliaster, aut Iliastes, vel Iliadum, est prima rerum omniū materia constans ex sulphure, mercurio, & sale, quadruplex iuxta quatuor elementa. Primus, est cahos terre, secundus cahos aquæ, tertius, cahos aëris, quartus verò cahos ignis. Item quatuor sunt hominum Iliastri concernentes longeuam vitam.

Ili-

Iliaster primus, vel insitus, est terminus vitæ, imò vitæ ipsa, vel vitæ balsamus in homine.

Iliaster secundus, vel præparatus, est terminus balsami & vitæ quam habemus ex elementis, & elementatis rebus.

Iliaster tertius, est terminus balsami præparatus, aut vitæ quam habemus ex quinta essentia.

Iliaster magnus quartus, est mentis vel animi raptus in alterum mundum, vt raptus Enoch & Eliæ.

Iliaster tamen in genere, dicitur occulta naturæ virtus, ex qua res omnes habent incrementum, aluntur, multiplicantur & vegetant. De quo latius libro de metheoricis generationibus legitur apud Paracelsum.

Imagines sunt metallicæ figuræ vel effigies, in quibus vires & virtutes coelestes operantur.

Imaginatio, est astrum in homine, coeleste & supercoeleste corpus.

Impressiões, sunt fructus inuisibiles, vt stellarum in rebus inferioribus.

Impurum alcali, est eius scuma quæ aufertur in repurgatione post extractionem.

Inanimati, sunt pygmei.

Inclinatio, est vis naturæ quæ manifestatur in homine quorum magis procliuus est eius vita, actionum & operationum demonstrationibus.

Incarnatiua, chirurgorum sunt medicamenta vulneribus cutem obducentia, vel carnes concludentia.

Inclusiua, vide supra, gladialis quid sit.

Incubus, est nocturnus spiritus illudens, fallensque mulieres in somno, ac si cum eo rem commiscerent.

Influentia dicitur, attractio virtutum & naturæ syderum, ac planetarum superiorum in animum nostrum, per mentales imaginationes, quas semel haustas & receptas, retinemus, vt nobiscum maneat. Ea que duplex est, vna per creaturam ad nos deriuat, vt in-

PARACELSI DICTIONARIUM.

fluentia coeli per firmamentum: altera vero sine medio quouis datur à datore luminum. Et hæc proprie supernaturalis est, vt prior naturalis, vel artificialis atque moralis.

Influentia vero naturalis, est ea quam infundunt astra superiora firmamenti, ex naturali præscripto in hæc inferiora, quibus gubernant & regunt per inclinationes in hominum brutis aliisque, & per vires & efficacias in insensatis. Inde colligendum inclinationem esse brutinam quandam vim, & magneticam attractionem, cui per moralem influentiam reluctari ac resistere facile (suffulti diuino tamen afflatu, alioqui difficillimè) possumus.

Innaturalia, vel supernaturalia corpora, sunt ea quæ concipiuntur animo duntaxat. Inde factum vt quandoq; loquatur quis, mihi videre videor hominem præ oculis, qui tamè plus ducentis miliaribus abest, vel aliquando vita functus est ante viginti annos.

K.

K Achimia, vel kakimia, dicitur immatura metalli minera, vel semiperfectum metallum, & nondum à natura absolutum, quod adhuc in primo suo ente, vt infans in vtero suæ matris, delitescit. Eiusmodi Kakimiarum species triginta reperiuntur hæctenus cognitæ, quas hoc loco recensere longum foret, ac præter utilitatem.

Karlina, est anethum syluestre.

Kibrith, est sulphur.

Kymit eleuatum, est album cinabrium.

Kist vel cist, est sesqui mensura, vel pondus librarum quatuor altius liquoris.

Kobolt vel cobaltum, siue cobletum, est metallica materia plumbo nigrior & ferro, splendore carens metallico, liquationem tamè & malleationem admittit.

L.

L Abor sophiæ, dicitur Paradyfus, alter muudns.

Lac virg nis, est aqua mercurialis.

Lauda

Laudanum, & non ladanum, est medicina Paracelsi ex auro, corallis, vnionibus, &c. composita. Est etiam materia perlata.

Lapis, pro fixo quouis accipitur.

Lapis Philosophorum, est virtus intensissima, & velut in centrū arte cō. rctata, quæ distensa tincturam exhibet absque numero, de quo satis.

Lapsus demotinus, est correptio repentina morte facta, periculosior apoplectico.

Laterium, est lixiuum, vel capitellum.

Lato, cuprum est aureo colore tinctū calaminari lapide, quod ab idiotis phycis electrum dicitur: componitur ex vnico metallo, cum electrum sit ex pluribus. Calaminaris metallum non, at miralis materia perfectionem non assecuta, & cacominerale corpus existit, metallum destruens potius quàm emendans, etsi adaugeat, nam ex ductili friabile reddit. Verum electrum à natura sola compositum reperitur ex auro & argento nullo pretio persoluendum ob admirandas in eo virtutes.

Laudina, est angelica.

Laxa chimolea, est sal adnascens lapidib⁹, vide supra de anathrone, & infra de vsnea lapidea.

Laxatiua, sunt medicamina sursum atque deorsum expurgantia.

Leffa, dicitur prædestinatio herbarum.

Leffas, est occultus & bulliciens terræ vapor, per quem herbae & plantæ crescunt.

Lephante, siue lephantes, est prima tartari species, vel bolus medium tenens inter lapides & lutum.

Lemures, sunt spiritus elementi aëris, quamquam Ethnici vmbrae & manes defunctorum interpretati sint.

Lithargyrium Paracelso, est spuma mercurij, vulgò autem argenti, sed plumbi potius argentum repurgantis, eiusdem farine ha-

betur aureum, eodem artificio vtrunq; paratur inter purgandum quæ dicta sunt metalla.

Lithargius, est inuestigator minerarum, qui pariter eas inuenit.

Limbus Paracelso, est magnus & vniuersus mundus, semen & prima hominis materia. Est etiã coelũ & terra, superior, & inferior sphaera cum elementis quatuor, & quæcunq; his cõprehenduntur.

Liquor aquilegius, est vinum destillatum.

Liquor essentialis, est qui à membris interioribus attrahitur, ac in carnem & sanguinem transmutatur.

Liquor mercurij, est balsamus rerum, in quo latet ac consistit omnis vis curationis, & persanandi virtus. Eiusmodi mercurius est vehementissimus in tereniabin, & in nostoch.

Liquor mumiaë, dicitur adeps humanus.

Liquor cum adiectione rei cuius est, oleum est eius, vt liquor rebinthinæ est eius oleum.

Liquor mumiaë de gummi, est oleum gummi.

Liquidum de resoluto, est quod ex sua natura liquidum est.

Liquor herbarum, fit ex herbis confusis cum tota substantia vitro conclusis, & in balneo maris dieb⁹ aliquot coctis, succo postmodum colato per pannũ, calore cinerũ, spissitudinẽ mellis acquirit.

Liquor salis, est balsamus naturæ quo sustentatur corpus ne putrescat.

Locustæ, sunt ramorum in arborib. extremitates adhuc recentes atq; teneræ, quibus diuum Io. vsum esse pro cibo scribit Paracelsus, & non venenatis illis animantibus volucris, vt hætenus interpretati sunt Theologi. Certè mirum videretur, si quis tam austerus, vt vino animalculo cum melle vesceretur in deserto, vbi tanta arborũ copia longè saniores cum syluestri melle præberet escas.

Lorindt, est aquarum commotio cum concentus resonantia, mutationis indicium, vt alterationis in firmamento cometa.

Lorcha

Lorcha, dicitur tota locustarum dulcedo, vsq; ad centrum substantiæ.

Ludus, est lapis vesicæ excissus, qui tandem est remediū calculi.

Lumbrici nitri, sunt vermes in fimo vel in terra reperti, à lubricitate sic dicti.

Luna compacta, est argentum fixum vel aurum album.

Lustum, est pinguedo lactis.

M.

MAcha, est vermiculus volans.

Magia metaphysica, est ars christianis licita, & non vt multi fingunt ignari bonarum artium, venefica neq; supersticiosa, sed supernaturalis, per quam occulta quæuis arcana reuelantur, vt mechanica industrium opus est manuale.

Magia in genere, latinè sapientia, duplex est. Vna est naturalis & licita materq; veræ medicinæ, & est occulta naturæ sapientia, in centrum vsque latens & abdita, cum qua si humanam rationem conferas, nihil præter meram stultitiam in hac reperies. Verè donū est Dei, cum quo rerum supernaturalium nobis, & naturalium cognitionem exhibet. Alia autem est magia illicita, tota superstitiosa, diabolica, & ab Ecclesia christiana veraq; religione damnata merito, & prohibita, quam Necromantiam appellant, execrabilis & nullibi locorū toleranda. Hanc detestatur Paracelsus libello quem scripsit de occulta sapientia.

Magisterium Paracelso, est arcanum ex naturalibus rebus extractum, absque vlla separatione elementalī, qua cætera præparari cōsueuerunt, sola tamen additione rerum aliarū à quibus, quod extractum est, separatur. De hoc supra latiùs inuenies tractatu secundo, item in Archidoxis Paracelsi.

Malek, dicitur sal.

Magnalia, sunt opera Dei.

Magnesia, communiter, est marcasita. Sed ex arte dicitur

Ll 2 stannum

PARACELSI DICTIONARIUM.

stannum liquatum, in quod iniectus mercurius vnà permiscetur in fragilem substantiam & massam albam. Est etiam argenti cum mercurio mixtura, & fusile metallum valdè, vt cera liquabile, mirè admodum albedinis, quod magnesia dicitur philosophorum.

Magnetinus tartarus, est lapis in homine durissimus, vt magnes, sed spongiosus.

Mandella, semen est ellebori nigri.

Mangonaria, est ars in ponderibus applicata, qua graue quodj; paruo labore negotioque subleuatur.

Mandibularum liquor, est oleum ex mandibulis.

Manna, non solum dicitur ros de coelo prolapsus, qui species est balsami & fructus aëris, verum etiã pro dulcedine sumitur ex qualibet re tracta.

Marcafita, est materia metallica immatura, tot specierum, quot solidorum metallorum, est aurea, argentea, stannea, ferrea, plumbea, & cuprea, quæ postrema pyrites, & lapis luminis appellatur, rubeo sulphure scatens, & scintillas ex calybe multas excutiens præ cæteris pyritum speciebus.

Martath vel martach, est lithargyrium.

Mathematica plurimis constat arithmetica, Geometria, Geomantia, Astronomia, Physionomia, Chiromantia, Perspectiua, &c. Proinde quisquis se pro mathematico venditat, has omnes firmiter callere debet.

Mater metallorum, est argentum viuum.

Materia saphirea, dicitur liquidum cui nulla inest materia peccans.

Matrices omnium rerum in genere, sunt elementa.

Marmoreus tartarus, est lapis in homine durus, vt marmor, qui supra magnetinus etiam dictus est.

Maturatiua, sunt medicamenta chirurgorum apostemata quæuis ad maturitatem adducentia.

Mechanopeotica, est inuentio artis aquaticæ, vt fontium in aëra pulforum, siringarum, aquarum exaltationum per fistulas & ventilia, folles ac similia.

Meditatio, dicitur quoties cum aliquo alio colloquium habetur internum, qui tamen non videtur, vti cum Deo ipsum inuocando, vel cum seipso, vel proprio angelo bono.

Melaones vel meloes, sunt scarabei volitantes colore splendentes aureo, qui attriti suauem edunt odorem, in pratis mense Maio potissimum reperiuntur.

Melibœcum, est cuprum.

Melissa non pro apiastro, sed pro manna sumitur ex nobilioribus herbis tracta magisterio.

Melusiæ, & melioræ filia regis quondam propter peccata desperabundæ, fuerunt à Sathana raptæ & in spectra trāsmutatæ, spiritus malignos, lemures horribiles, & in immania monstra. Viuere putantur absque anima rationali, & in brutali solùm corpore phantastico, nutrirī elementis, atque vnà cum istis in extremo die iudicij transituræ, nisi cum aliquo homine forte fortuna matrimoniū contrahant, tum demum vt ipse naturali morte interire possit, vt matrimonio naturaliter viuere virtute huius vnionis. Eiusdem status atque generis plura spectra haberi creditur in desertis, in syluis, ruinis, monumentis, arcibus vacuis, & in extremis littoribus maris. Vulgò maledicti vocantur homines, sed proprio nomine spectra vocantur atque diabolorum sancti, cum quibus versantur cæcodæmones, suas illusiones & portenta perficiunt.

Mensis philosophicus, est tempus digestionis, videlicet quadraginta dierum.

Mercurius à natura coagulatus, est solidum metallum. Arte verò coagulatur, aut cum metallis, aut mineralibus, vel sine ipsis per se, aut per alia extra mineralē naturam existentia. Vide supra tractatu secundo de coagulationibus eius.

Mercurius crystallinus, dicitur qui per sapius repetitas exaltationes in crystallo perspicuitatem adductus est.

Mercurius corallinus, est qui per ouorum oleum, & alias aquas in rubedinem corallinam adducitur.

Mercurius crudus, est is qui nondum separatus est à sua matrice, vel minera, in qua generatus est.

Mercurius laxis, est turbith minerale.

Mercurius metallorum præcipitatus, est mercurius ex metallis tractus & præcipitatus, qui mercurius metallorum alias mercurius corporalis dicitur.

Mercurius mineralium, est oleitas vel vinctuositas de mineris auri & argenti tracta.

Mercurius regeneratus, est primum ens mercurij.

Mercurialis seu, est aluminum aqua, in qua mercurius generatur. Est etiam sal purgatiuum aurei coloris, quod in salinis cauernis reperitur, fossoribus optimè cognitū, vtuntur hoc per os ad pneumoniam.

Metallum currens, est mercurius viuus.

Microcosmus, est paruus & medius mundus, inter firmamentalem & elementarem situs naturaliter, quia de vtroque participat: quicquid in illis realiter & actum continetur, in homine pariter habetur spiritualiter atque potentia. Quò fit vt vna sit istius & eadem, quæ de illis fieri potest, ac debet anatomia philosophica vera, non mortua cadaueris, sed viua, essentialis pariter & essata.

Minium, est mercurius saturni præcipitatus, sed potius crocus.

Missadan, est argentum viuum.

Mitigatiua, sunt medicamenta chirurgica, præsertim anodyna, quæ dolorem sopiunt ac mitigant.

Mola matricis, est abortiuum quid in matrice generatum.

Monstra sunt præter naturam orta quædam animantia, quæ eorum excludit ovo suæ putrefactionis, illicitæ ac nefandæ cõmixtionis.

nis. Nihil deinceps de se generant, quod ex coniunctione duorum contrariorum & specie differentium seminum enascantur, ut ex homine & bruto: nonnunquam etiam ex veneficis parentibus. Inde sumpserunt olim gigantes originem, & alij contra naturæ leges monstrosi homines horrendi visu, & execrabiles. Non honestius hominum malitia factum, qui bruta diuersarum specierum vnà vi cogunt, ut equum, & asinam, in generationem baiulatorū sapientiæ huius mundi: quæ etiam monstra sunt ad generationem inepta ac sterilia, ab istis abhorrente natura prorsum ut ab alijs. Narratur historia quæ non vsque adeo multis elapsis temporibus accidit Salisburgi, de monstro in cõterminis illis Carinthiæ regionibus à venatoribus in sylua reperto, qui cum canibus illud mordere, nolentibus comprehendissent, ab istis solummodo circumseptum ad Episcopum suum adduxerunt, humana planaque facie cõspicuum, manibus pedibus ac digitis similibus, reliquis verò membris omnibus pilosum ut brutum. Quatuor gradiebatur satis demissis pedibus uti porcus. Apposito cibo ac potu gustare nihil vnquam voluit verberibus, punctiõibus, vstioniõibus ac varijs alijs tormentis tentatum est, si quid vocis articulatae, vel brutalis ab eo extorqueri posset, at frustra. Meticulosum valde, lucem atque hominum fugiens præsentiam, abdere se quouis loco nitebatur, tertia tandem luce, quam rarò comprehensa præterire solent, interiit.

Morbilli, pustulæ sunt venereæ, nonnunquam etiam de venereo morbo dicuntur.

Morellum est solatrum.

Morphea, est species lepræ, albora non absimilis.

Morus, est apostema referens aspectu morum.

Mulæ, sunt pustulæ ex frigore vel calore ortæ.

Mumia, dicitur non solum humana caro, balsamo condita, sed etiam alia quæque, non per se mortua sed occisa, & medicata curatiua facultatis.

PARACELSI DICTIONARIUM.

- Mumia medullæ, vel de medullis, sunt ossium ipsæ medullæ.
Mumia elementorum, est balsamus elementorum externorū.
Mumia transmarina, Paracelso est manna.
Mumia versa, pro conuersa, liquor est mumia.
Muscilago, est liquor viscosus ac tenax.
Mundificatiua, sunt medicamenta chirurgorum, in ualidam & putridam carnem à bona & uiua separantia, atque repurgantia.
Mustus, est calx alba in urina.
Mustadar, est mercurius.
Mysterium magnan, est omnium rerum materia prima, principium & mater cunctarum corruptibilium creaturarum Dei. Vide libro ad Athenienses.

N.

- N**Acta, est apostema pectoris.
Nafda, vel natta, est gibbus.
Narcotica, sunt medicamenta soporifera dolores auferentia, vel ut minùs torqueant efficientia.
Nebulgea, est sal ex humiditate nebularum decidens super lapides, calore solis induratum.
Necrocomica, sunt prodigiosa præfagia, rei cuiuspiam futuræ prænuntia, per signa ex aëra super terrā decidentia, ut cruces olim ac alia multa.
Necrolium est, quod mortem pellere, ac vitam conseruare potest.
Necrolica, similia sunt medicamenta.
Necromantica, est ars illicita, quæ cū mortuis operabatur olim, ut quum astra manifestabantur apud mortuos. Is dicitur verè necromanticus, qui mortuos apparere & comparere facit, voces atq; responsa potest ab illis extorquere, qui circuire cogit ac edere mirabilia. Quicquid mortuorum capitibus, ossibus, acubus, linteis, pharetris, sepulchris ac similibus arripitur vel adimpletur, sub nefariā hanc

hanc artem cadit, quæ necromantia tota superstitiosa est, à Christiano quouis detestanda ac fugienda.

Nenufarenii, dicuntur spiritus aërem inhabitantes.

Neuta, est pellicula vel oculorum, aut infantum auriculis adnascens, & quandoque totam faciem contegens in partu.

Nigromantia, est ars nefanda & execrabilis, qua diaboli maligni que spiritus astute se cogi fingentes ab hominibus, vltro interim obediunt in eorum perniciem tantum & non aliter, vt repente quid, è longinquis adferant, aut ad remotissima loca deferant: noctu potissimum est destinata, quia lucem fugiunt maligni demones, umbrarumque sunt ministri ac tenebrarum.

Nitrum, est salugo quædam ex vrinarum congregationibus in sal præparata.

Nitriales, sunt res omnes adurentes & in calcem redigentes, vt salpetra vel nitrum, sulphur, &c.

Noboch, instrumentum est necromanticum.

Nodi, sunt articulorum tumores indurati.

Nostoch, est iaculum alicuius stellæ, vel potius eius repurgatione deiectum quid in terram. Inuenitur potissimum Iunio, Iulio, & Augusto super latos campos vel in pratis, instar fungi magni vel spongiæ foraminosum, quid, & leue tendens in fuluum & rauum colorem, & vt coagulatum ius, tactum contremiscit. Sunt qui per nostoch ceram intelligunt metaphoricè.

Nuba, est secunda species tereniabin aut mannæ, roseo colore, qualis in Hybernia cadere perhibetur.

Nymphæ, sunt spirituales homines ac mulieres, vel corporei spiritus, aquas inhabitantes, qualis fuit Melusina.

Nymphidica, metaphoricè spiritus aquarum soluentium in arte dici possunt.

O.

Obrizum, est purum aurum in spadiceum colorem arte calcinatam, aut pulueratum.

Mm

Odori-

PARACELSI DICTIONARIUM.

Odorifera, sunt medicamenta, quæ per suum odorem bonum, aut foetidum morbos expellunt.

Oleum ardens, est oleum tartari ad summum gradum correctum.

Oleitas rerum, in omnibus sulphur earum est.

Oleum vitrioli aurificatum, est quod auro dulcoratum est artificiosè.

Oleum colcotharinum, est oleum ex vitriolo rubeum.

Olympicus spiritus, est astrum in homine, quod efficit ut umbram de se præbeat.

Operimethiolim, est minerarum spiritus.

Opitulatiua, sunt medicamenta quæ fluxus stipant & obstruunt.

Oppodeltoch, Paracelsi præcipuum est unguentum.

Ordoleum, est apostema paruum ordeo simile.

Orexis, est ardor à tartaro excitatus.

Organopeotica, est ars bellicorum instrumentorum inuentrix.

Orizeum, est aurum.

Orizeum foliatum, est aurum in tenuissimas bracteas malleo cusum.

Orizeum præcipitatum, est aurum in crocum suum redactum, ad miniculo croci mercurij.

Orobo, est vitrum metallinum.

Ossa paraleli, est vniuersale medicamentum in podagra.

P.

PAndalitim, paneritium, vel passa, est apostema in extremitatibus digitorum.

Palantina, & Persina, Reginae fuerunt quales Melusina, & Melora.

Pannus, est macula à natiuitate orta.

Pars cum parte, est massa ex auri & argenti partibus aequalibus cimentata & graduata.

Parthenion, est camomilla nobilior aut Romana, quæ etiam pyrola syluana dicitur.

Penates,

Penates, dicuntur spiritus ignis elementi & coeli, familiares di-
cti, quasi penes nos nati.

Pentacula, sunt signa, sigilla vel delineamenta mirandis & inco-
gnitis aliquando literis & characterib. implicata, quæ collo appen-
sa creduntur à malignis spiritibus, & fascino quouis præseruare.

Perdettæ, sunt rapæ parvæ & flauæ.

Perdonium, est vinum ex herbis.

Petiodus, est cella, vel musculus vitæ, pulsus per vniuersum cor-
pus discurrens.

Peucedanum, est angelica syluestris.

Pili zenij, sunt pili circa caudam leporum nascentes.

Pilosella, est auricula muris, herba pilosa.

Pinguedinosa, dicuntur quæuis pinguia.

Plumbum philosophorum, est ex antimonio tractum.

Potabilia, quæ per os hauriri possunt.

Podagra, est tartarus sinoniæ vel glutinis albi.

Phantasmata, sunt spiritus syluestres non diabolici, in desertis
habitant, & circa littora maris, cum hominibus imaginatiuis sæ-
pissimè loquuntur, terrefaciunt aliquando, suam originem du-
cunt ex imaginationibus hominum quales viui de vel cum mor-
tuis habent.

De his lege latius apud Paracelsum expositione prima, quam fa-
cit in Euangelium D. Matth. cap. 14.

Phionitides, naturales dicuntur inimici, qui sese mutuo perse-
quuntur ad mortem, vt ciconia ranas, felis mures, aranea bufo-
nes, &c.

Phoenix, dicitur ignis quinta essentia, item lapis ille philosofo-
rum celebratissimus.

Physiognomia, dicitur ars illa qua hominum proprietates atque
natura cognoscitur à facie vsque ad pectus, vt ex habitu de cuiusq;
ingenio, & promptitudine iudicium fiat.

Pulpezia vel **pulpelxia**, est stupor, attonitus, apoplexia, vel syderatio.

Præfagium, est præcedens aliquod notabile signum rei futuræ historiam, ex quo prophetia quandoque sumitur.

Præseruatiua, sunt medicamenta vitam à suis inimicis, & corruptionibus defendentia.

Pressorium, est torcular.

Primales, dicuntur corpora fallacia nobis ab astris ob oculos posita, de quibus Paracelsus eodem loco super Mattheum fusiùs differit: dicuntur aliàs **Prumalia**.

Pruinum, est prima tartari species.

Pruina, sed **pruna**, est ignis perfrigus.

Pulsatiles, arteriæ venæ dicuntur.

Pusta, est saniei digestio, à puce dicta.

Putredo, est generationis materia prima, sed meliùs.

Putrefactio, pro corruptione sumitur in alterationem.

Pygmei, dicuntur homunciones vel subterranei spiritus, quos etiam faculas aut scintillas vocant. Non natos esse perhibent, neq; habere parentes, sed non aliter ex corruptione terræ, quàm ex equino fimo putrefacto scarabei, generari.

Pyromantia, dicitur ars ex igne præfaga, quum ignis astra se palam faciunt hominibus, vt inde veri noticia prorumpat eius quod quæritur, ablato quouis dubio, vel suspicione. Exemplo sit quod de buxo fertur, & folijs eius in ignem proiectis, singulis eorum de quibus habetur suspicio nominibus inscriptis, crepitare fontis foliculum & exilire perhibetur. Non aliter de futuris, coniectura multorum simul, fieri posse putant. Aliud est.

Pyrotechnia, hæc solùm operatur in præparationem rerum naturalium ignis adminiculo, sed medio, ac potissimo instrumento porius.

Pyrola syluana, vide parthenion.

Qualitas,

Qualitas, dicitur complexio calida vel frigida. Haecenus quatuor qualitates ore omnium praedicatae sunt, & quatuor elementis assignatae, cum nihil minus quam elementa sint, nec ista qualitates, at solum, quod ex elementis generatur, omne, hoc est, aut frigidum, aut calidum: Si frigidum, habet in se quandam ingentam & indiuiduam humiditatem, unde ubicunque humidum, ibi etiam frigidum esse oportet, non aliter de calido & sicco iudicandum. Nam siccitas inest caliditati soli, nec fieri potest ut frigidum sit siccum, aut calidum humidum. Ista complexiones sunt ex Aere sic disponente natura, ut uterque parens elementum ignis masculus calidus, sperma siccum aërem habeat. Terra verò frigida mater, menstruosum semen aquam possideat, ut ista simul etiam coniuncta videmus aquam suae terrae, & globulum unum efficere minimum, non secus atque aërem igni suo semper continuum, sphaeram unam, illa maiorem, firmamento verò minorem, & ideo medium globum dici, mediamque regionem aetheream elementatam. Ex quibus duobus parentibus generatur omnis foetus naturae elementaris, sub complexione, vel calida cum sicco per se, vel sicco resolutum, aut sub frigida cum humido per se, vel cum humido coagulato. Hinc fit ut saepissime frigida multa iudicentur ex oculo vel manifesto, quae calida sunt in occulto. Exemplo sit nobis crystallus apparentia frigidus & siccus, in occulto centroque suae naturae tamen humidus est, quia nihil aliud quam humidum coagulatum. Item petroleum quod natura sua siccum est resolutum, non perinde ut apparet oculo humidum. Proinde non parvi refert physico probe cognoscere naturam & complexionem rerum, cum ex suis parentibus, tum ab externis accidentibus in compositione acquisitis. Haec etiam in artificialibus solutionibus & congelationibus immutari solent. In summa tam vastus est graduum in qualitatibus labyrinthus, ut non sine maxima fallacia quantumvis exercitatus, hac via

transire valeat ad scopum verum recuperandæ sanitatis in medicina. Quod etiam à suis tractationibus deprehenditur, vt quod hoc loco sit affirmatum, alio negetur apertissimè. Tum demum ad sacram distinctionis anchoram eis tanquam ad asylum confugiendum, quibus suum delirium demonstrabitur. Quapropter foelicissimum physici ac medici iudicandum est ingenium, quod à confusione physica, nouerit in spagiricam rerum vnionem, infallibilem semitam deflectere. Hactenus de qualitatibus dictum, vt videat lector aliam esse de his Paracelsi mentem, & infidelium vel Græcorum opinionem.

Quartatio, dicitur summum examen auri, hac via videlicet, vt argenti partes nouem ad vnã auri commisceantur liquatione per ignem. Deinceps aqua stygia vel forti resoluantur ambo simul. Argentum totum in aquam confluit, auro solo subsidente pulueris instar spadicei nigricantisque coloris.

Quinta essentia, dicitur spiritalis materia quædam, corporaliter ex omnibus herbis, plantis, & alijs quibuscunq; rebus vitam habentibus tracta, & ad summum gradum subtilitatis adducta, per separationem ab omnibus elementis, & impuritatibus: item vires & virtutes, omnisq; medicina incorruptibilis, in quibuscunq; rebus delitescens. Dicitur aliàs rerum forma specifica, quæ si à specie remoueatur, ad suum genus accedit, altiusq; progreditur donec in centro quiescat. Quod his tribus characteribus elegantissimè denotatur à Paracelso. 2. 4. 0. Hoc est per abiectiõem confusionis & imparitatis impuritatissimæ elementorũ quatuor, peruenitur ad duplatã quintam essentiam in decade sub vnione creata quiescentem.

Quintum esse cuiuslibet elementi per se solum, est animal ex eo solo productum.

R.

R Agadiæ, sunt nolæ vel apostemata pudendorum.

Rana, est apostema sub lingua.

Realgar,

Realgar, ex proprio significato, fumus est mineralium, sed metaphorice sumptum, est in humano corpore vitiosa natura, ex qua nascuntur potissimum ulcera, estque quadruplex iuxta numerum elementorum: ut realgar aquæ spuma natans super aquas: realgar terræ arsenicum: realgar aëris tereniabin: & realgar ignis coniunctio saturnina.

Rabeboia, radix flammulæ maioris.

Rebis, excrementum alui.

Rebus verò, est vltima rerum materia.

Rebisola, est arcanum vrinæ ad ictericiam: quæ si coquatur ac despumetur optimè, post triduū quiescens lapillos rebi soleos edit.

Rebona, idem quod mumia.

Reduc, est puluis quo calcinata metalla, & mineralia liquantur, iterum in metallinum regulum redeuntia.

Relloleum, est virtus ex complexione, ut in hypericone prima virtus est, in calido & curatio. Accidentalibus verò cherionia & occulta, in eo quod vermibus aduersetur atque corruptioni.

Regale, cimentum est, quo repurgatur aurum.

Resina dicitur pix flaua & pulchra.

Resina auri, est crocus ex auro tractus.

Resina pini, id est, abietis.

Resina terræ, est sulphur.

Resina terre potabilis, est sulphur sublimatum in liquorem, balsamum, vel oleum redactum.

Repercussiva, dicuntur medicamenta fluxiones retrorsum agentia.

Reuerberatorium, furnus est in quo per flammam materialia calcinantur.

Rillus, est instrumentum aurifabrorum, in quod effundunt liquata metalla in formas oblongas.

Rosea, est idem quod heresypelas.

Rubedo de nigro, id est, de talco nigro.

Sagani, sunt spiritus quatuor elementorum.

Salamandri, sunt spiritus ignem inhabitantes, vel ignei homines.

Saldini, idem quod salamandri, homines quos influenza sustentat, & ex elemento ignis nutriuntur. Vt fuit illa gentilis mulier nomine zifer, quæ statim atq; infirmabatur, sese in ignem coniciens reficiebatur & conualescebat, in eo sedens gaudensque, tanquam in aliquo balneo.

Sal aluminosum, id est ex alumine plumoso tractum.

Sal anathron, est sal ex vřnea lapidea tractum.

Sal crystallinum, est sal quod ex vrina hominis decoquitur.

Sal colcotharinum, est quod ex colcothare vitrioli factum est in alcali.

Sal congelatum, nascitur in thermis.

Sal enixum, id est resolutum.

Sallena, species est salis petrae.

Sal mercurij, dicitur spiritus vini qui inebriat.

Sal petrae, est quod in testudinibus cellarum nascitur in conos oblongos, ex calce resoluta.

S. In trum, ex terra decoquitur in quam vrina diutissime coniecta est, vt in caulis ouium, stabulis equorum, bouum & aliorum animalium.

Sal practicum, fit ex mixtura salis petrae cum sale armoniaco partibus aequalibus, in olla figulina non vitreata, filo in cella vinaria suspensa, resolutione penetrat sal extrinsecus adhærens ollæ, quod singulis denis vel duodenis diebus abrasendum est.

Sal scissum, sed entali, & Alumen scissum, idem sunt.

Sal resolutum externum, est quando quis aliquid comedens, sal esse existimat, omniaque salsa sibi videntur.

Saltz sultz vel Selenipum, est salugo vel muria salis, ex sale resoluta

Iuto frigore, vel humiditate penuarij vel cellæ vinariæ.

Sal taberzet, est omnium albissimum tartarum.

Sal tabari, est sal alembrot.

Samech, est tartarum.

Sandaraca, est auripigmentum.

Saphirea materia, est liquor in quo non est aliqua impuritas vel corruptio, sed est liquor dum ab impuro quoque segregatum.

Sanguis calcetus, id est, instar calcis acer & albus.

Sapo sapientiæ, est sal commune præparatum.

Saxifraga, vel saxifragia, dicuntur omnia quæ calculū, lapidem, aut arenam expellunt.

☉ Saxifragus, est crystallus pallidus, supra citrinolus vocatus est.

Scacurcula, est spiritus ossis de corde cerui.

Scaiolæ, sunt spirituales mentis & animi vires, proprietates, virtutes, atq; potentia, quæ iuxta numerum elementorum sunt, quadruplices. Sunt rotæ quatuor ignei currus, quo raptus est Elias in coelum, quæ sumunt originem ex animo & mente hominis à quo recedunt, & in quem iterum reflectuntur. Sunt quidem phantasia, imaginatio, speculatio & agnata fides. Sunt etiam & præcipuè quatuor illi principes articuli totius nostræ fidei Christianæ, vti Baptismus, Fides in Christo Iesu, Sumptio Sacramenti coenæ Domini, & charitas in proximū quæ fidei fructus maturos exhibet. Per quæ omnia nedum vitā longā, sed etiā æternā consequimur. De his latius lege Paracelsum in Eucharistia, & expositionis libro de Coena Domini, & audies quæ satisfaciāt animo pietatis & veritatis avido.

Scirona, est ros autumnus.

Scuma, idem quod squama.

Sebel, panniculus est oculorum ex venarum inflatione.

Secta croa, supra sectarum flos, ad macem interpretati sumus transpositione, quòd alij viderentur longius rem à rōre marino, & croco petere.

PARACELSI DICTIONARIUM

Sedatiua, medicamenta sunt vt mitigatiua dolorum quietem aegris adferentia, simul curatiua, & sanatiua.

Sephirus, est apostema durum & exiccatum.

Semen veneris, dicuntur squamæ æris.

Seraphin, est ineffabilis virtus, & immensa potentia coeli, & præsertim angelicus chorus & schola cœlestis.

Serpheta, est medicina lapidem liquefaciens.

Serpentina pedemontana, est insignis herba vulneraria.

Sibar, est argentum viuum.

Sibedata, est hirundinaria.

Silo, est terra.

Similitudines, dicuntur figuræ cœlestes, quæ rebus assimilantur nos concernentibus.

Simus, est gilla, vide supra.

Sinonia, est gluten album articulorum.

Sirones, sunt pustulæ scabierum in manibus præsertim.

Sirza, est eschara,

Sol in homine, est inuisibilis ignis influens à sole cœlesti, fouens natium ignem in homine.

Somnia, sunt operationes quæ fiunt inter dormiendū ab astris & syderibus in homine.

Sophia herba, consolidarum est species nobilissima quod fit vt nonnunquam aurea nominetur, nondum quibusuis cognita. Illyricis verò & Liburnis familiarissima. Si folium eius ore masticeatur, labia contrahit, & super caulem existens adhuc laceretur, per se ipsum consolidatur, nobilissima dulcedine pellet ac balsamo.

Sophistæ, sunt magistri nostri, qui se præsumunt omnium sapientissimos, omnia scire ac intelligere, nihil etiam ignorare, cum nihil sit istorum Doctorum Græcorum sapientia, præter meram stultitiam, eloquentia, vel facilitate linguæ potiùs, astu fastuque palliatam, captiosisque munitam sylogisaurus, quorum omnium si ne-

ges principia, mox ruit eorum Gigantum fabrica Nembrothica.

Sortilegium est præfagium spirituum.

Spagirus vel Spagiricus, dicitur quicumq; nouit optimè discernere verum à falso, à bono sequestrare malum, & impurum à puro segregare, separare, & abijcere binarium, vnitatem seruata.

Spara, est vis mineralis ex Illech primæ substantiæ, ex primo ente, id est, ex maioribus mineralibus.

Sparallium, clyster vterinus.

Sperma aquæ fortis, est eius feculentia.

Sperniolum vel sperniola, est cruor, liquor vel sperma ranarum, viscosa & mucilaginosa materia in aquis concreta.

Spiritus animalis, est vis animæ, per quam corpus appropinquat acquisita similitudine, ad cœli proportionem adæquatam & incorruptam.

Squinantia, est apostema colli.

Stannar, est mater metallorum, fumus occultus ex quo metalla generantur.

Stellio adustus, est cinabrium.

Stibium, est antimonium, aliàs sulphur nigrum.

Stiptica, sunt medicamenta constipantia & exiccantia.

Struma, est botium.

Succubus, est spiritus nocturnus muliebris illudens hominibus dormiendum inter, ac si rem haberent cum venere. Masculus imponens mulieribus incubus dicitur.

Succus albus.

Sibar, stella eruta, idem argentum viuum.

Suffo, est panis porcinus.

Sulphur vitriolatum, est sulphur à vitriolo decoctione tractum per aquam communem, cui innatat.

Somna, est operatio syderū in homine, quæ noctu fit in somno.

Sylo, dicitur totus mundus.

PARACELSI DICTIONARIUM.

Sylphes, dicuntur pygmei.

Syluestres aut Syluani, sunt aërei homines, & spiritus aërei, syluestres homines nemora desertaq; loca syluarum inhabitantes, nobis statura multò proceriores ac robustiores, qui loqui nesciunt. Quandoq; talis à Germanis mercatoribus captus, quem usque adeo strictè retinuerunt secum, cibum & potum apponentes, edere tamen aut bibere noluit neque loqui. Timore maximo percussus & anxietate continua post tertium diem occubuit. Diutius inter homines viuere non posse perhibetur, vt monstrum cōtra naturam ortū inter animantia naturalia, præsertim ratione prædita.

Syphita praua, morbus est vulgò chorea S. Viti dicta.

Syphita stricta, morbus est phantasticus ambulonum, noctu inter dormiendum.

Syrenes, sunt monstra marina ex Nymphis nata.

T.

TAlc, & talcum, est materia pellucida splendens & clara vnionum similitudine, tenuissimis folijs compacta, & scissilis, cuius quatuor species existunt, alba, flaua, rubea, & nigra,

Tassius est lumbricus.

Tartarum, est vini calculus aut lapis vasorū lateribus adhærens.

Tartarus, à similitudine dicitur à Paracelso calculus in homine, renum lapis, & arena, reliquorum quoque membrorum, vt glutinis albi, cuius tartarum podagræ causam ponit.

Tereniabin, est pinguedo mannae. Est etiam mel syluestre tendens ad modicam nigredinem, non ex apibus, sed ex aëre decidens in campos, arbores, & herbas, dulce quemadmodum aliud mel. Reperitur in bona quantitate mensibus æstiuis, Iunio, Iulio, & Augusto. Veteres threr vocauerunt.

Telon, dicitur ignis, tanquam telum.

Temperatum, est omne quod propriam naturam domat frangatq; aliam admittendo, vt est vinum adustum vel aqua ardens.

Tena-

Tenacitas glutinis, est resina mineralis, vt resina pini est abietis, terebinthina laricis.

Terra auri, est lithargyrium aureum.

Terra argenti, lithargyrium argenteum.

Terra fidelis, est argentum, quod aliàs terra est cœlestis, & cœlū terrestre, pro luna si sumatur argentū, qua etiam ratione dici posset argentum cœleste, luna.

Terra hispanica, est vitriolum.

Tinkar, est borax.

Tinctura dicitur, quod colore suo penetrat & tingit alia corpora, vt crocus in aquam iniectus.

Thamatica, dicitur ars per quam inuentæ sunt machinarum operationes aëre, vel aqua motæ.

Thaphneus, est medicina munda & repurgata.

Thisma est, minerarum ductus, aut venæ subterraneæ

Toruscula, dicitur gutta, vt toruscula pini, pro resinę gutta ex pino vel abiete, toto pro parte sumpto.

Turba magna, est astrorum firmamenti cœli innumera multitudo. Est etiam præfagium, quod fit ex omnibus, quæ continent inferior elementorum quadruplex mundus.

Turbith minerale, dicitur mercurius absque vlllo corrosiuo in dulcedinem præcipitatus.

Trachsat, est metallum in sua minera adhuc existens.

Trarames, ymbrarum sunt & spectrorum inuisibiles, auditæ tamen, actiones.

Trifertes, dicuntur spiritus ignem inhabitantes.

Trigonum, est spirituum astrorum transmutatio quadruplex, iuxta numerum elementorum quatuor. Vnumquodque regit ac durat ducentos annos. Vt quum trigonum igneum incipit, superni Planetæ suam coniunctionem semper habent in igneo signo, donec trigonum hoc durabit, sic de reliquis.

PARACELSI DICTIONARIUM.

Tronus & Tronossa, dicitur cœlestis ros ex aëre natus, omnium dulcissima species mannæ, densa, tenax, & albissima præ cæteris, ex mercurio regionis mediæ generata, & separata prorsum ab omni sulphure & sale, vere & æstate decidit, maneque reperitur folijs arborum adhærens vt alia manna.

Truphat, est occulta virtus minerarum, quæ quodq; metallum cogit ac promouet in suum esse prædestinatum.

V.

VEgetabilia sunt, viridantia radicem in terra defixam habentia, truncum & ramos in aëre, vt sunt herbæ, plantæ, & arbores.

Verto, est quarta pars libræ.

Viltrum philosophorum, est alembicus, absolutè tamen positum, est manica lanca in modum hypocraticæ, vel vt lingula per quam liquores clarificantur.

Vinum correctum est alcool vini.

Vinum essatum, est quod herbarum vires attraxit, vel aliorum quibus affusum fuit.

Viriditas salis, est liquor aut oleum eius viride.

Viscaleus, est viscus ramosus arboribus innascens, vt viscus quercinus, malorum, &c.

Viscus propriè, est pix decocta ex cimicibus vel locustis arborum.

Viscus secundæ generationis, est cruor qui descendit à salibus.

Visio, dicitur supernaturalis spirituum apparitio, hominû oculis quodammodo conspicua.

Vitriolum liquefactum, aut vitriolatam, est vitriolum ex minera tractum, & liquidum, quod coagulari nequit amplius, vel à minera æris, tractum calcanthum.

Vitriolum nouum, est vitriolum album.

Vitriolum Romanum, est quod maximè yiret.

Volans, & Vnquasi, est argentum viuum.

Volatile,

Volatile, dicitur in genere leuissima quæuis & facile sursum lata materia, vt cinis, puluis, & similia.

Vomitium, dicitur omne medicamentum, quod sursum pel- lens per vomitiones purgat.

Vulcanij, siue Vulcanici, dicuntur operarij vel artifices semper circum ignem versantes cudendo, liquefaciendoque.

Vlcus ætiomenum, est cancrosum apostema depascens.

Vlissipona, est herba serpentaria.

Vmbragines, dicuntur pygmei.

Vmbratiles, aut **Vmbratilia**, corpora transmutata sunt in ho- minum conspectum ab astris & suis ascendentibus occultis oblata, quæ non secus atque lemures apparent oculis, idque per magicam virtutem & efficaciam.

Vndæ, vel **Vndenæ**, dicuntur homines aërei terrenique spiritus.

Vndosa, dicuntur quorumuis animalium excrementa.

Vnitas Trithemij, est ternarij in vnionem reductio per abiectionem binarij, estque supernaturalis & spagirica: Fundamentum abstrusarum rerum indaginis. Hac posteriore Philosophiæ parte, fit transitus ad priorem, per medium Philosophiæ moralis.

Vrina, est sal resolutum, generatum in hepate, per suum emun- ctorium, vt superfluum excrementum salis, à natura pulsus.

Vrina vini, est acetum, vsurpatur pro hominis vrina vinum as- siduò bibentis.

Vzifur, dicitur cinabaris.

W.

Vvarnas, est acetum Philosophorum.

Vvismadt, est leprosum, rude, nõ tractabile vel malleabile stan- num, liquale tamen.

X.

Xenechtum, est præseruatiuum externum contra pestem collo-

Nn 4 appensum,

PARACELSI DICTIONARIUM.

appensum, vt argentum viuum auellanae conclusum, & similia.

Xeni nephidei, sunt spiritus quibus iucundum est, atque pro delicijs habent, delitescentis naturæ proprietates occultas hominibus aperire, quibus etiam est concessum.

Xifinum, dicitur acetum.

Y.

Yrcis, est cuniculus masculus cuius sanguine vitra mollescere putantur & silices, modo rebus diaphoreticis impastetur.

Z.

Zaibar, est mercurius.

Zaidir, est venus, aut viride æris.

Zephena, circuli sunt extremitatum labiotum in auribus.

Zerna, dicitur impetigo ulcerata.

Zinck, est metallica marcasita, & mixtura quædam naturalis ex quatuor metallis immaturis, cuprea potissimum apparet.

Ziniar, est viride æris.

Zonnetti, sunt gnomorum corpora phantastica.

Zuwitter, vel zytter, est marcasita.

CON-



CONCLUSIO.



Ompendiolo hoc omne comprehenditur, quod ex Paracelsi scriptis hactenus extare scimus, ad medicinā chemicam necessarium, vt ex eo tanquam ex promptuario quodam habere Lector optimè valeas, quicquid in vsum tibi ac alijs venire posse iudicabis, vt semper opus non sit ad quoslibet autoris libros concurrere, sed vbique locorum ad manum habeas, & quocunque etiam ieris, leue pondus hoc minime poenitendum deferre queas. Thesaurus est enim thesauro nullo vnquam redimendus, ad vitam longam sanam tuendam & recuperandam vberrimus & nō exhaustibilis. Qui necdum ipsos medicos, verumetiam quoscunque & cuiuslibet professionis viros, suæ sanitatis ac aliorum studiosos oblectare debeat, cum ob raritatem & soliditatem doctrinæ, tum etiā vtilitatem, quæ hinc obtinere cuique potest, nulla vel pauca saltem impensa, his qui sumptibus supplere nequeunt, opulentis verò satis ampla materia datur, & occasio charitatem in pauperes ægros exercēdi, dum, quæ his ob indigentiam denegantur, illi suis opibus parare studuerint, ac egenis subuenire necessitatibus ægrotantium. Nec in tam honesto prorsumque philosophico studio, iucundi minus exercitij reperient, quàm in ociosis horis, vel alio mundano quouis oblectamento falsis, imò longè plus deliciarum in animo sentient, quàm credere valeant. Quò facilius & alacrius prouinciam hanc aggrediantur, cuncta quæ difficiliora paratu vel intellectu videbantur, pro viribus exposui, vt nulla sit ansa conquerendi in posterū, quod olim de obscuritate rei, tum etiam in vnum ex multis redegi, quò singula singulis comparari queant, præsertim quòd vnum per aliud exponatur, id facile factu non erat, si dispersa varijs locis, & interserta multis, tanquam in confusione permansissent. Verum admonitū Lectorem velim interim, ne voces peregrinas passim occurrentes,

C O N C L U S I O .

aliter quàm definitæ sunt interpretetur, quod multi facere cõsue-
 uerunt, alioqui si ad Græcam phrasim exponat, (cui etsi consonare
 quodammodo videantur) toto cœlo aberrare continget ab auto-
 ris sententia, qui nihil vnquam in vita magis detestatus est, quam
 Græcas traditiones, nulla (vt opinor) alia de causâ, quàm vt passim
 ex eius scriptis apparet, sibi persuasum esset, Græcos fuisse menda-
 ciorum primos inuentores, & bonarum artium omnium corru-
 ptores. Et quia istorum, ac aliorum infideliũ errores, ab his p̄vni-
 uersum dispersos, reprehendit, sectatores Græcorum ne infidelita-
 tis aut falsitatis dicantur discipuli, conãtur sophisticis argumen-
 tationibus reddere Paracelsum infidelem, ad hunc modum: Para-
 celsus (inquiunt) creationem factam esse asserit in momento, &
 per separationem ex mysterio magno increato, ac si aliquid extitif-
 set prius ex quo Deus omnia condidisset, quod pugnat cum sacris
 scripturis omnibus, item deos somniat vicarios vt infideles, imò
 detestabilius: concludunt inde ex non probatis propositionibus,
 ipsum esse peiorem illis. Sed vnde constat Paracelsum talia protu-
 lisse? Extant verba (inquiunt) interim fatentur se non aliter quam
 ex verbis intelligere iuxta literam. Paracelsus omnia sua sermè tra-
 dit per ænigmata, quæ quicunq; non intelligit, etiã non taxet prius
 quam intelligat, ne fortè reprehendat, quod illi postmodũ cedat in
 maximam ignominiam. Hac de causâ volui nonnulla declarare,
 quò videant æquo præditi iudicio Lectores, quãta præter omnem
 æquitatem inuidi Gigantes hunc virum afficiant iniuria, qui mi-
 nùs prudenter impium, sacrilegum, ardelionem, sycophantam,
 hæreticum, & si quid peius dici valeat, appellant, etiam post mor-
 tem, cui viuenti ne minimum istorum ausi fuerunt vnquam, ita
 mortuis bellũ parant, quos respondere posse non credunt. Interea
 tamen turpiter sese produnt hoc ipso nõ esse bonos, neq; meliores
 quàm illum fuisse volunt, qui sic in conuitia mox, etiã in mortuos
 erumpũt, quæ hæc est pietas, quæ religio, quæ probitas, quæ sapien-
 tia,

tia, quæ philosophica continentia? Sed quid obstabit quò minùs
 talia perpetrent in homines, qui nec Deo nec disciplinæ Ecclesiasti-
 cæ morem gerunt, quantò minùs Philosophicæ? Videant isti quid
 Paracelsus doceat in expositionibus Euangeliorum, Psalterij, alio-
 rumque sacrorum librorum, si tamen intelligant, si mereatur ab
 impudico ac temerario ore vocari hæreticus. At vereor ne seipso
 condemnent. Si conuictijs conuicta refellere decorum esset apud
 doctos viros, putant ne calamos reperiri posse suis multò petulan-
 tiores, vt pro vnico mille retribuere maiore cum temeritate. Ve-
 rùm quid aliud hoc est, quàm seipsum ridendum præbere etiã idio-
 tis, eisque ansam dare iudicandi non alia ratione, nisi quia defice-
 rent argumenta veritatis, ad calumnias diuertere sophistas omnes?
 Agant verbis Philosophia dignis & sapientia, non argutis. Si men-
 tem Paracelsi non intelligant, en pro viribus ingenij declara-
 ui in mysterio magno increato, libro quem de luce naturæ inscri-
 psi, pariter hoc loco quæ sit homunculi sui generatio. Audiamus
 quidnam ad eam opinionem adferant vel opponant, cum philo-
 sophica modestia, si quam habere putant, vel didicerunt. Nec dees-
 set voluntas, modò non otium, cuncta quæ magnis voluminibus
 implicarunt figmenta, in Paracelsum perperã excogitata, simplici
 admodum ac facili sermone haudquaquam sophistico refellere,
 sed quis tempus inutiliter, ac in vanis potissimùm argutijs refutan-
 dis sibi deperisse cepit? Satis conuicti sunt hoc vnico mysterio ma-
 gno Athenienses, & homunculo gigantes adhuc, donec impetum
 faciant in hoc mysterium adeo magnum, ac maius quàm ferre va-
 leant eorum ingenia. Siccine decet non intellecta carpere, vt mo-
 mento labatur omnis arguta sapientia tanto tempore comparata?
 Tacendum potiùs quàm præcipiti lingua debacchandum, & me-
 ritò tandem audiendum quod inferre conatum est alteri. Non li-
 benter in aliũ spontè feror, qui priùs nominatim non aggreditur,
 maioremque mihi in retundendis iniurijs modestiam optarem.

C O N C L U S I O.

Sed quis vel Angelus hæc audiat, cui non commoueatur bilis? Ardelionum, sycophantarum, hereticorum appellationes, non nisi à similibus hominibus vsurpatæ sunt, qui nimirum, vel idiotarum more, vel ebriosorum iracundia quicquid in buccam venit, effutiunt. Quid verò de his qui talia committere prælo non erubescunt, iudicandum est? Interea docti videri ac dici volunt, sed qua doctrina potiore quàm idiotarum? Non ardeliones neque sycophantas Paracelsus vocauit priscos medicos Græcos & infideles, at solummodo pseudomedicos, & erroneos, ac talia quæ tolerari quadantenus possent, causis tamen redditis veris, non argutis, cur id ipsum fecerit. Si quæ duriora, protulit non tam in ipsos, quàm in sectatores, qui sic in verba suorum magistrorum iurarunt, vt reluctari veritati studiose malint, quam sui præceptoris manifestum errorem confiteri: tales sunt in quos potissimum inuehitur, & quos videbat suam patriam, in Græciam transmutare proprijs neglectis atq; reiectis, imò ex varietate rerum intricatum contexere labyrinthum. Non quod varietatem rerum contemnat, quæ summè propter eum qui condidit veneranda est: In ea siquidem nobis vbertatem suæ liberalitatis erga nos maximè relucere voluit, idque magis quò attentius ac diligentius scrutaremur. At in hac vniuersitate quis vnum abditum videre nititur? quis operam dare vt intelligat? Deum autorem esse pacis, vnionis, & concordia, tum in multitudine confusionem esse nullam velle? Non ideo multa variaque largitus est nobis, vt confunderemus, at potius vt profunditatem immensæ multitudinis, ex vnico simplissimoque fonte consideraremur ortam, ac intelligeremus, quò gratia donum hoc omne ipsi soli & vni feramus acceptum. Quicumque igitur vnum omnia vnum, intellexerit esse vitam omnium, & e contra duo multa duo, mortem adferre cunctis, perfectus erit philosophus physicus atq; medicus. Quid multis igitur est opus in medicina, cuius finis & scopus est vnum videlicet, vt à morte vita protegatur per vnum, & non per multa? Quo
tandem

tandem medio inquires? Si putas id per multitudinem in dualitate fieri posse, falleris, quia per inimicum pacem quæris, quæ solum consistit in vnione multitudinis. Hanc verò non prius intelliges, quàm mysterium magnum increatum probè cognitum habeas, quod adhuc tam enormiter in Paracelso persecutus es. Verùm quid inde rediturum ad te speras emolumentum, præterquam contra stimulum veritatis calcitraste quandoque percipias? Non videmus quid te remoretur aliud ab amplexu veræ medicinæ præter vanam ambitionem. Vereris enim ea semel retractare, quæ per totam vitam professus es, etsi maximè scias inutilia, ac in perditionem exitum facere. Honestus pudor ab errore desistere, diabolicus honor, qui cum errore conseruatur. Multi vestrum mutarunt sententiã, attestante veritatem conscientia, nec priusquam tamen experientia didicerint. Verùm adhuc veritatem detinent, vel quòd cum cæteris vereantur fateri palam, quod olim publicè detestati sunt, vel quia suos collegas offensos nolunt: in summa detinet omnes, quòd ex doctoribus fieri discipuli nolint, cum tamen optime sciant, quantumcunque sapientibus in foueam vsque descendum esse, quia sapientiæ nullus est finis. Fatentur Paracelsum fuisse excellentissimum repurgatorem medicamentorũ, non inuentorem, at medicum esse non patiuntur neque physicum eum qui medicinam & physicam pudescit. Quid mirum? non est amicus noster, qui nostra palam facit, quæ contacta volumus. Nunquã inuentorem se protulit fuisse eius artis quam professus fuit, quin potiùs honorem hunc detulit Arabibus & Aegyptijs. Audio quid vellent, Paracelsum nempe sibi fore famulum in repurgandis medicamentis, at benè soli tantisper domum à visitationibus redibunt, donec id fiat. Sed ipsimet inseruiant potiùs illi, quo metallicas virtutes elicere discant, suis Græcis ignotum doctoribus, alioqui hac de re etiam differuissent, vt de vegetabilibus, quorũ vires vnà cum corruptis corporibus, non aliter quàm alimenta deuorare docent

C O N C L U S I O.

in sua medicina. Sed quis vel mediocriter physicus ignorat veram
medicinam præcipuè vitam alere debere, coquinam verò maximè
corpus? Hac ratione Paracelsus Galenum longè superat, quòd iste
teneris edulijis ac potibus solidum corpus ægri nutriat, ille verò
contra duris metallis spiritus vitæ raros instauret ac foueat. Totius
huius disputationis conclusio est. Quia Græci sibiipsis medicinæ
munus atque totum officium adscripserunt, naturæ verò nihil
evanuerunt in suis cogitationibus. Contra Paracelsus hoc
omne tribuit naturæ, & medicum huius ministrum fa-
cit, vnde super petram fundatus, violentos
aduersariorum suorum impetus
non metuit.

F I N I S.

ERRO




ERRORES AD HVNC MODVM CORRIGE

Lector: Numerus prior folium denotat, a. paginam
priorern, b. posteriorem, lineas nume-
rus posterior.

1. A. qua si. 1. b. 19. calcinatione. ibid. 16. spiritus tingens. 2. b. 14. tingatur. 4. a. 7. deme (octo) 5. b. 7. quo videant (addito) si quid carpere possint. 5. b. 24. pro vita (ad-
dito) sumitur quod eo sustentetur. 6. a. 7. hermetice. 7. a. 6. perspicacis. 7. a. 24. glo-
riaretur. 7. b. 1. inuincibilem. ibid. 4. conuentionibus. ibid. 16. apparuit (addito) sagit-
tarius 10. a. 6. & videbitur. 10. a. 30. lege, ille noster. 12. b. 22. renouatur. 13. a. 28. digitis.
14. a. 15. lege, at eius. 16. b. 17. croci. 19. a. 3. mensem. 22. a. 26. similiu(m) (demitto) aquis.
23. a. 26. flammula. 24. a. 17. Sonath. 24. b. 14. vncijs quinque (deleto) quoque. 25. a. 10.
lege, atteri, & non alteri. 25. a. 17. communi. ibid. 17. lege, aut vt in 25. a. 26. elixir. 25. b.
17. emplastris. 26. b. 5. amomi. 28. b. 10. immerso. 29. b. 19. color. 30. b. 22. priuum vel pri-
uatum. 31. b. 3. vnicornis. 36. a. 1. vulnerario. ibid. 17. mumia. 38. a. 26. reperire. 41. a. 12.
quadam. 43. b. 21. rationes. 49. a. 13. spiritu. ibidem. 24. olea. 51. a. 6. aridum. ibid. b. 4.
drachma. 52. a. 6. tartaro. ibid. b. 1. calenti. b. 15. incute. 54. a. 3. vncie. ibid. b. 18. lege, ad
eius croci Martis drachmam vnā, myrrhe drachma semis, croci orientalis, & c. ibid.
26. b. tritus. 55. a. 2. perfusus. ibid. 3. eo. 56. b. 6. in qua. ibid. 15. cum olei. 58. b. 9. ab hoc
60. a. 1. prodeant. ibid. b. 18. sticticum. 61. a. 26. loco eius pone vno. ac lege, vno mense, &
infra eius preparati. 64. a. 10. excellit ibidem, 11. sensus q³. 67. a. 18. antiquis. 73. a. 18.
anodinum. ibid. b. 13. ex mercurio. 75. b. 26. liquoris. 77. a. 8. emunctorijs. 78. a. 11. vncia
vna. 80. b. 11. calcis. 81. a. 6. lege, addatur. 82. a. 13. concurrāt. 83. b. 21. aqua. 85. a. 19. ama-
rarum. 90. a. 12. tractatu secūdo. 91. a. 8. possunt. 92. b. 1. ponatur vna. 93. a. 10. lege, aqua
destillata camepitios. ibid. b. 20. bouis. 94. a. 11. libra. 97. b. 10. taxi. 100. a. 2. aluminis. ibi-
dem. 11. addatur 101. b. 15. pulueribusve. 103. a. 20. (hoc rotum quod duplicatum deme)
conorum abietis viridium manipulus semis (altero relicto) 107. a. 23. dua. 112. b. 10. ad-
di potest. 113. a. 3. fiat puluis. ibid. 25. vulnera. 114. b. 17. nequeāt. 115. a. 23. duplicata pe-
riodus. 116. a. 15. ramis. ibid. b. 14. sanguis. ibid. 19. experimenta. 119. b. 1. indaginem. 120.
b. 3. fellapidum. 121. a. 16. dictarum. ibid. b. 8. cuilibet. 124. b. 27. instrumentum. 127. a.
18. cum. 129. a. 14. corruptorum. 130. a. 18. vniuscuiusq³. 132. a. 25. Incusina. ibid. b. 5. qua
gubernant. 133. a. 13. mineralis. ibid. b. 28. viuo. 135. a. 28. Mercurius. ibid. b. 21. actu. 136.
b. 20. aere. 137. a. 9. noctui. ibid. b. ordeolū. 139. a. 28. artificialis. ibid. b. 3. Tum demum.
141. a. 2. albissimum saccharum. ibid. b. 31. syllogismus. 142. a. 25. Succus albus (adde) ar-
gentum viuum.

INDEX



INDEX RERVM ET CA-
PITVM HOC OPVSCVLO CON-
TENTORVM, PRIOR NVMERVS FO-
lia denotat, posterior lineas, a. paginam prio-
rem, b. posteriorem.

A.

A Bcessus cura	44.a.l.7.	Antimonij sal	50.a.
Aduftionum cura	46.a.l.6.	Anthos quid	25.a.l.23. & 25.
Aduftionum diuerfa cura	68.b.	Anthos vel Sonath arcanum	24.a.
Alboræ cura	70.b.	Anthos tinctura	17.a.
Alcalium falium formula	23.a.l.5.	Antimonij tinctura	21.a.
Alchabest & mercurij tinctura	17.b.	Antracis cura	70.b.
Alcool quid	21.b.l.7.	Apoplexiæ cura	17.a.l.14.
Alcool correctum quid	26.a.l.17.	Apostematis communis cura	71.a.
Alcolæ cura	70.b.	Apostematum & Vlcerum cura	34.b.l.5.
Allabolis descriptio	82.a.	Aqua ardens ex iunipero	48.b.l.17.
Alopetiæ cura	70.b.	Aqua philosophica	24.a.l.11.
Alopetiæ cura	108.a.l.11.	Aque falis formula	28.a.
Analepsiæ cura	72.a.	Aque theriacalis formula	22.a.
Anatomia cœlestis & elementaris	27.a.	Aque vitæ formula	24.b.
lin. 20.		Aque vitæ penetratiua	26.a.
Anatomia Astronomica	26.b.	Arcanum Paracelso quid	14.a.l.8.
Anodinum specificum	50.b.	Arcanum antheræ	24.a.
Anodinum vnguentum	67.a.	Arcanum anthos	24.a.
Anodinum vnguentum	73.b.	Arcanum compositum	23.a.
Antheræ arcanum	24.a.	Arcanum elementatum	23.b.
Antimonij dulcedo, balsamum vel mu- mia	32.a.	Arcanum metallinum	23.b.
Antimonij essentia quinta	31.a.	Arcanum primæ materie	16.a.
Antimonij flores	49.b.	Arcanum solidum	23.a.
Antimonij oleum	45.b.	Arcanum tartari	23.b.
Antimonij puluis rubeus	52.a.	Arcanum tinctura	16.a.
		Arcanum tincturae antimonij	21.a.
		Pp	Arden.

I N D E X.

<i>Ardentia quid</i>	30. a. l. 11.	<i>Auri poculenti formula</i>	24. b.
<i>Ardentium quinta essentia</i>	30. a.	<i>Auri quinta essentia</i>	28. a.
<i>Arenule cura</i>	59. a. l. 17.	<i>Auri solutio</i>	25. b.
<i>Arenule cura</i>	71. a.	<i>Auri spiritus</i>	42. b.
<i>Argentiliquor</i>	16. b.	<i>Auri sulphuris extractio</i>	4. b.
<i>Argentiviui extractio de corpore huma- no, 90. a.</i>		<i>Auri tinctura</i>	18. a. l.
<i>Aromatum essentia quinta</i>	30. b.	<i>Auri tinctura</i>	18. a.
<i>Arsenici & Auripigmenti dulcedo, balsa- mus & mumia</i>	33. a.	<i>Aurium tinnitus cura</i>	71. b.
<i>Arsenici liquor</i>	44. a.	<i>Aurum vite</i>	25. b.
<i>Arsenici mumia, balsamus & liquor tri- plex</i>	35. a.	<i>Auri vitrioli extractio</i>	4. b.
<i>Ascensus in coelum</i>	27. a. l. 26.	B.	
<i>Ascitis cura</i>	71. a.	<i>Baculus vite naturalis</i>	5. b.
<i>Astarzof vnguentum frigidum</i>	79. b. l. 2.	<i>Balsami elixir</i>	40. a.
<i>Asteachili cura</i>	71. b.	<i>Balsamus naturalis quid</i>	1. a.
<i>Aestiomeni cura</i>	111. a.	<i>Balsami tinctura</i>	22. b.
<i>Asthmatis cura</i>	71. b.	<i>Balsama quatuor destillata</i>	36. a.
<i>Aestiomeni cura</i>	70. a.	<i>Balsama sex destillata ex destillatis</i>	37. a.
<i>Astraterra</i>	27. b. l. 13.	<i>Balsamum vulnerarium absq, ultra ma- rinis, & citra destillationem</i>	36. b.
<i>Astronomica anatomia</i>	27. b. l. 12.	<i>Bocij cura</i>	71. b.
<i>Attractiuum specificum</i>	51. a.	<i>Branci cura</i>	72. a.
<i>Attractiuum vnguentum</i>	64. a.	C.	
<i>Aurum animale & vegetatiuum</i>	10. b.	<i>Caduci morbi cura</i>	31. b. l. 13.
<i>lin. 18.</i>		<i>Caduci morbi cura</i>	49. b. l. 21.
<i>Auri balsamum</i>	33. a.	<i>Caduci morbi cura</i>	72. a.
<i>Aurum diaphoreticum</i>	48. a.	<i>Caduci specterum cura</i>	17. a. l. 60. b.
<i>Auriliquor</i>	16. b.	<i>Caduci recentis cura</i>	17. a. l. 18.
<i>Auri oleum</i>	44. b.	<i>Calcinationes metallorum</i>	2. a.
<i>Auripigmenti vel arsenici balsamum</i>	33. b.	<i>Calli cura</i>	72. b.
<i>Auripigmenti oleum</i>	46. b.	<i>Calli cura</i>	93. b.
<i>Aurum poculentum</i>	43. a. l. 20.	<i>Callorum cura</i>	44. a. l. 4.
<i>Aurum poculentum</i>	24. a.	<i>Cambuce cura</i>	72. b.
		<i>Camphora</i>	

I N D E X.

Camphora oleum	48.a.	Contracturarum cura	23.a.b.
Camphora tinctura	17.b.	Conseruatiuum sanitatis	58.b.
Cancerenē cura	73.b.	Consolidatiuum & incarnatiuum vul-	
Canceri cura	73.a.	nerum & vlcerum oleum	67.b.
Canceri cura	44.a.l.4.	Contracturarum cura	74.b.
Canceri cura	46.b.l.10.	Corallorum liquor	16.b.
Carabis balsamum	35.b.	Corallorum tinctura	22.a.
Carabis experimenta duo	62.a.	Cordis dolorum cura	16.b.
Carbunculi cura	74.a.	Corrosiuum specificum	51.a.b.
Carbunculi cura	99.a.	Corpus misericordie & iustitia	15.a.
Cardomorum descriptiones	53.b.	lin.24.	
Cardonium ex tartaro	54.a.	Corpus fixum quid	20.b.l.24.
Cardonium ex vegetabilibus	53.b.	Cossati veteris cura	50.b.l.22.
Cardonium ex vitriolo	54.a.	Conseruatio plurimorum	13.a.
Catalepsie cura	72.a.	Cupri balsamus & dulcedo	32.b.
Cataractarum cura	91.a.	Cupri balsamum	33.b.34.a.
Celse cura	44.a.	Cupri sublimati puluis	52.a.
Centrum chemicum	20.b.l.7.	Cutis ablatio restitutio q ₃	52.b.l.20.
Cera oleum	48.a.	Cutis vitiorum cura	44.a.l.5.
Cerebri cura	17.a.l.2.	Crescentium essentia quinta	30.a.
Cerebri dolorum cura	74.a.	Crescentium magisterium	42.a.
Cheiri quid	25.a.l.26.	Crystallum destillatum	54.b.
Cheiri tinctura	17.a.	Crystallum reuerberatum	54.a.
Clauorum cura	44.a.l.4.	Crystallum sublimatum	ibid.
Cinzilla cura	74.a.	D.	
Cinzillarum cura	78.b.l.22.	Dentium doloris cura	74.b.
Cohibitio materie peccantis	74.a.	Diaphoretica virtus	4.b.
Colica cura	44.l.6.	Digestio bona	53.a.l.24.
Colica cura	59.a.l.17.	Dolorum mitigatiuum	61.a.l.25.
Colica cura	44.a.l.12.	Dolorum mulierum cura	58.a.
Colica cura	24.a.	Dulcedinis elixir	40.a.
Colica intestinorum cura	45.a.	Duo corpora hominis, duo semina & jan-	
lin.26.		guis duplex	15.a.l.20.
Comestibilium quinta essentia	37.b.	Dyarrhea cura	75.a.
Constrictiuavirtus	54.b.	Dysenteria cura	75.a.

I N D E X.

E.		Ferri oleum	44.b.
E Ns primum quid	38.b.	Ficum cura	77.b.
Ellebori balsamum	36.b.	Fistularum cura	46.b.l.17.
Elephantiasis cura	75.b.	Fistularum cura	78.a.
Elephantiasis	85.a.	Fistularum cura	46.b.l.10.
Elixir quid sit	39.b.	Fistularum cura	44.a.l.4.
Emplastrum optimum	59.b.	Fistularum cura	73.b.
Emplastrorum descriptiones	59.b.	Fluxionum ablatio	55.a.l.28.
Emplastra veterum	60.a.	Formica cura	79.b.
Emplastra cum ultramarinis	59.b.	Fuliginosum apostema	79.b.
Emplastrum absque ultramarinis	59.a.	Fursum cura	80.a.
Emplastrum sticticum Paracelso fami- liare	65.b.	Fursum cura	94.a.
Emplastra stictica diuersa	69.b.	G.	
Emplastrum sticticum ad symptomata	65.b.	G Angrena cura	116.b.l.22.
Emplastrum sticticum attractiuum	59.b.	Gangrena cura	80.a.
Epidemia cura intrinseca	92.b.	Gemmarum ens primum	39.a.
Epilepsia cura	72.a.	Gemmarum magisterium	41.b.
Epilepsia cura	75.b.	Gemmarum oleum	47.b.
Erysipela cura	76.b.	Gemmarum preparatio	54.b.l.10.
Essentia specificata	59.b.	Gelum membrorum cura	80.a.
Esserorum cura	76.b.	Glandularum cura	80.b.
Exiccatiua virtus	61.a.	Grandinis cura	71.a.
Exitura cura	77.a.	Gutta rosacea	80.b.
Experimenta di lcia quatuor	62.a.	Gutta cura	85.b. 92.a.
Experimenta quatuor	61.b.	Gutta cura	98.b.
Exulcerationum cura	46.a.l.6.	H.	
Exulcerationum occultarum faucium, vesica, renum, &c.	49.a.l.26.	H elica cura	87.a.
F.		Hoemiplexia cura	92.a.
F ebrium cura	46.b.l.26.	Hoemoptoica cura	83.a.
Febrium acutarum cura	77.b.	Hoemoptoica cura	91.a.
Fellu cura	17.b.	Hoemorrhoidarum cura	80.b.
Ferri & Caiybis balsamum	34.b.	Hepatis cura	17.b.
Ferri dulcedo, balsamus & mumia	32.b.	Herbarum & vegetabilium ens primum	39.a.
		Heresypele cura	82.a.
		Hernia	

I N D E X

Hernia aquosa cura	81. b.	Lepra cura	85. a.
Hernia carnosae cura	81. b.	Lentiginis cura	84. b.
Hernia ventosa cura	81. b.	Lethargiae cura	85. b.
Herpete cura	108. b. l. 12.	Liquorum aut liquabilium ens primum,	
Herpete mordacis cura	81. a.	39. b.	
Homunculus Paracelsi	5. b.	Litargyrj oleum	46. a.
Homunculi terra quid	11. a. l. 2.	Litargyrj oleum	98. b.
Hydrophorbia cura	82. a.	Lupi cura	86. a.
Hydropisis praeseruatio	17. b. l. 4.	Lupi cura	108.
Hydropisis cura	53. a. l. 5.	Lyenteriae cura	86. a.
Hydropisis cura	82. b.		
Hydropisis cura	85. b.	M.	
Hyperici balsamum	36. b.	M acularum cutis ablatio per cutis	
I.		innouationem	86. b.
I ctericia cura	83. a.	Macularum in facie	86. a.
I ctericia cura	95. b. l. 2.	Magisterium quid sit	41. a.
Ignis persici cura	83. b.	Mali mortui cura	86. b.
Incarnatium vulnerum	67. b.	Magnetica virtus in homine	12. b. l. 1.
Intercutis cura	25. b. l. 15.	Maniae cura	17. a. l. 6.
Intercutaneorum morborum frigidorum		Maniae cura	17. a. l. 14.
cura	50. b. l. 21.	Manifestum & occultum	26. a. l. 12.
Internorum morborum cura	56. a. l. 7.	Marcasitarum essentia quinta	29. a.
Iuncturarum dolorum cura	84. b.	Marcasitarum magisterium	41. b.
Iuniperi oleum	48. b.	Margaritarum liquor	43. b.
I.		Mater metallorum quid	17. b. l. 9.
L actis productio	84. b.	Materia primarum quid	14. a. l. 18.
Lac virginis	46. a. l. 8.	Materia prima metallorum	9. a.
Ladanum mercurij	55. a.	Matricis dolorum cura	87. a.
Lapidis arcanum	18. a.	Matricis profluuij cura	86. b.
Laterum inflammationis cura	44. a. l. 12.	Matricis specificum	51. b.
Laxa chimolea quid	38. a.	Matricis suffocationis cura	86. b.
Lepra initorum cura	95. b. l. 3.	Matricis lentiginis cura	53. b. l. 15.
Lepra cura	17. a. l. 23.	Medici munus & officium	5. a.
Lepra cura	25. b. l. 15.	Medium vitae quid	10. b. l. 20.
Lepra cuiusdam origo	11. b. l. 8.	Mel corrosiuum	26. a. l. 13.
		Mellis oleum	48. a.

I N D E X.

Membra prima materia	16.a.l.27.	Mercurij sublimati oleum	46.a.
Mensium specificum	51.b.	Mercurij tria corpora, tresque preparatio-	
Menstruorum cura	87.a.	nes	56.a.
Menstruorum provocatio	87.b.	Mercurius vita	18.a.
Menstruorum restrictio	ibid.	Metallorum conservatio generalis	12.a.
Mercurij alchabest tinctura	17.b.	Metallorum conservatio specialis	12.b.
Mercurius coagulatus	57.a.	Metallorum essentia quinta	28.b.
Mercurij corallatum, vel corallinum,		Metallorum magisterium	41.a.
54.b.		Metallorum inimici	2.a.l.5.
Mercurius diaphoreticus	49.a.	Mola matricis cura	88.a.
Mercurij dulcedo, balsamum boematina		Monarchia chimica	16.a.l.5.
virtus, & mumia	32.a.	Morborum melancholicorum, timidoso-	
Mercurij dulcedo, mumia vel balsamus,		rum, &c. cura	87.a.
33.a.		Morbi Venerei prima radix & vera no-	
Mercurij essentia vel dulcedo	31.b.	mina	11.b.l.16.
Mercurij essentia laxativa cum defini-		Mori cura	88.b.
tionibus	37.b.	Morphea cura	89.b.
Mercurij fumigatio	57.a.	Mors baculi vita	5.b.
Mercurius laxis	55.a.	Mors duplex	2.a.
Mercurius laxativus	57.b.	Mors metallorum generalis	2.a.
Mercurij liquor quadruplex	43.b.	Mors metallorum specialis	2.b.
Mercurius precipitatus	56.a.	Mors rerum in genere	2.a.
Mercurius preparatus	ibid.	Mors sulphuris	5.a.
Mercurij preparatio maxima	55.b.	Morsuum aranearum	89.a.
Mercurij pulvis coagulatus	52.a.	Morsus rabidi canis cura	ibid.
Mercurius metallorum precipitatus quid		Morsuum serpentum cura	88.b.
38.b.		Mortis subiectum quid	1.a.
Mercurius mineralium quid	ibid.	Morsus vipera cura	89.b.
Mercurij oleum	46.a.	Mineralium ens primum	39.a.
Mercurij oleum diaphoreticum	49.b.	Mumia balsamum	36.b.
Mercurij oleum diaphoreticum dulce,		Mundificativum unguentum	64.a.
ibid.		Mundificativum unguentum	73.b.
Mercuriorum resuscitatio	9.b.	Mundi membra	27.b.l.4.
Mercurialis feua quid	38.b.	Musci tinctura	17.a.
Mercurij spiritus	57.a.	Myrrha duo experimenta	62.b.
			Nasta

I N D E X.

N.			
N Acta verberum cura	90. a.	Pestis cura	58. b. l. 25.
Napte cura	80. b.	Pestilentis carbunculi cura	92. a.
Nathævel Nasidæ cura	90. a.	Pestis cura	49. b. l. 10.
Narcoticum specificum diaphoreticum	50. b.	Pestis cura	92. b.
Natura quid abhorreat	11. b. l. 2.	Phlegmonum cura	95. b.
Noli me tangere cura	86. a.	Pinguedinosorum magisterium	41. b.
Noli me tangere cura	90. a.	Peripneumonia cura	87. a.
Nutrimendum misericordia	15. a. l. 27.	Pleuresis cura	44. a. l. 6.
		Pleuresis cura	58. b. l. 20.
		Pleuresis cura	92. b. 53. a.
O.		Ilumbi mumia, dulcedo & balsamus,	
O Rstructionum cura	25. b. l. 15.	32. b.	
Oculorum albuginis	90. a.	Plumbi balsamum	34. b.
Oculorum macularum cura	91. a.	Plumbi oleum	44. b.
Oculorum neutæ	ibid.	Plumbi oleum	45. b.
Oculorum rubedinis	ibid.	Podagra cura	44. a. l. 6.
Odoriferum specificum	51. b.	Podagricorum dolorum sedatio	47. b.
Oleum camphoratum	72. b.	lin. 22.	
Oppodeltoch vnguentum	66. b.	Podagra cura	55. a. l. 5.
Oppodeltoch formula	72. a.	Podagra cura	95. b.
Orius factoris cura	44. a. l. 6.	Podagricorum rophorū cura	44. a. l. 5.
Ostium fracturæ cura	91. b.	Podagra mitigatio	48. a. l. 21.
		Polipi cura	95. b.
P.		Porri cura	ibid.
P Anaritij vermis cura	91. b.	Potabilium essentia quinta	31. a.
Panis iusticia quid	15. b. l. 1.	Potio diaphoretica	49. b.
Panis misericordie	15. a. l. 30.	Potio diaphoretica	71. a.
Panis, vita vitæ naturalis	15. a. l. 16.	Potio ex helleboro	59. a.
Pannicutis cura	91. b.	Potiones vulneraria diuersa	65. b.
Paralysis cura	17. a. l. 14.	Potiones vulneraria	112. a. b.
Paralysis cura	85. b.	Præcipitatus mercurius	57. a.
Paralysis cura	ibid.	Præseruatio à putredine	53. a. l. 24.
Paralysis cura	92. a.	Præseruariuum in peste	59. a.
Pectoris angustie cura	44. a. l. 12.	Productio lactis mulieribus	54. a. l. 20.
Pestis cura	23. b. l. 15.	Profluuij cura	94. a.
		PP 4	Profluuij

I N D E X.

Proprietatis elixir	41.a.	Tesuscitatio lignorum	10.a.
Pruina cura	71.a.	Teubarbari tinctura	17.b.
Pruritus cura	94.a.	S.	
Pruritus Veneris cura	95.a.	S Alanaclron	50.a.
Pruritus cura	111.a.	Salis aqua formula	18.b.
Pulmonis cura	18.a.	Sal argenti	50.a.
Pulmonis exulcerationis cura	44.a.l.11.	Salis compositio	53.b.
Puluerum descriptiones	52.a.	Salis communis aqua vel oleum	53.a.
Pulueres ad vulnera	94.a.	Salium descriptiones	52.b.
Purgatio internorum membrorum	56.a.	Salis elixir	40.a.
lin.8.		Salis gemmae alcali	53.a.
Purgatiuum specificum	50.b.	Salis gemmae aqua	25.b.
Pustularum cura	85.b.	Salis oleum viride	47.b.
Pustulosorum vlcera cura	86.a.	Salium quinta essentia	29.b.
Pustularum ex Gonorrhoea	94.b.	Sal peregrinorum	53.a.
Pustula podagrica	94.b.	Salis Philosophorum tinctura	22.b.
Pustularum ex catharro	ibid.	Sanguis artificialis	6.a.
Pustularum menstrualium	94.b.	Sanguinis balsamum quid	11.b.l.28.
Pustularum in genere cura	95.a.	Sanguinis concreti cura	97.a.
Pustularum ex varijs morbis	95.a.	Saphiri liquor	17.a.
Q.		Sanguinis magisterium	42.b.
Q uinta essentia quid	27.b.	Sanguinis in vena cohibitio	96.a.
Q uintarum essentiarum elixir	40.b.	Sanguinis in ventre cohibitio	96.a.
Quinta essentia mortua & viua	28.a.	Sanguinis vulnerum cohibitio	ibid.
l.13.		Saphata cura	80.a.
R.		Scabierum cura	80.a.
R agadiorum cura	95.b.96.a.	Scabierum cura	94.a.
Ranula cura	96.a.	Scabiei cura	95.b.
Regeneratio rerum	10.b.	Scabiei cura	111.a.
Regeneratio auri & argenti	10.b.l.15.	Scissurarum cura	97.a.
Renum cura	17.b.	Sclerosi cura	ibid.b.
Resinatorum magisterium	42.a.	Scotomiae cura	17.a.l.18.
Resolutionis membrorum ex frigore cura	44.a.l.8.	Scrophularum cura	78.b.l.23.
Resuscitatio rerum	9.a.	Scrophularum cura	98.a.
		Semen artis & natura	14.b.l.4.
		Sephira	

I N D E X.

<i>Sephiri cura</i>	98.a.	<i>Sulphur naturale quid</i>	10.b.l.22.
<i>Serpigium cura</i>	44.a.l.4.	<i>Sulphuris essentia quinta</i>	31.a.
<i>Serpigium cura</i>	98.b.	<i>Sulphuris flores</i>	50.a.
<i>Siliginis oleum</i>	48.b.	<i>Sulphuris flores triplices</i>	5.a.
<i>Siphite stricta cura</i>	98.b.	<i>Sulphuris flores</i>	18.a.
<i>Sol naturalis</i>	27.a.l.31.item b.l.2.	<i>Sulphuris oleum</i>	46.b.
<i>Specifica remedia</i>	50.b.	<i>Sulphur vitriolatum quid</i>	38.a.
<i>Splenis cura</i>	17.b.l.10.	<i>Sulphuris quinta essentia</i>	10.b.l.25.
<i>Sperma artificiale</i>	6.a.	<i>Synovia cura</i>	99.b.
<i>Sperma nutrimenti</i>	15.a.l.22.	<i>Symptomatum cura</i>	ibid.
<i>Spermatum semen quid</i>	15.a.l.28.	<i>Symptomatum in vulneribus definitio-</i>	
<i>Spernioli descriptio</i>	82.a.	<i>nes & cura</i>	113.a.
<i>Spirandi difficultatis cura</i>	44.a.l.6.	<i>Synthesa cura</i>	92.a.
<i>Spirituum fixatio quid</i>	20.b.l.26.	<i>Synthesa cura</i>	99.b.
<i>Spiritus vegetabilis quid</i>	28.a.l.14.	<i>Syronum & vlcerum cura</i>	32.a.l.23.
<i>Spiritus vini forma</i>	18.b.		
<i>Spiritus vini forma</i>	28.b.	T.	
<i>Spiritus vnitus quid</i>	20.b.l.22.	T <i>Amarisci arcanum</i>	17.b.
<i>Spiritus rerum quid</i>	1.a.	<i>Tartari aqua</i>	59.a.
<i>Sputati omnis sanguinis cura</i>	44.a.l.6.	<i>Tartari arcanum</i>	23.b.
<i>Squinancie cura</i>	99.a.	<i>Tartari balsamum</i>	34.b.
<i>Squamarum cura</i>	80.a.	<i>Tartari essentia, dulcedo & balsamus,</i>	
<i>Stanni balsamum</i>	34.a.		32.b.
<i>Stanni oleum</i>	45.a.	<i>Tartari liquor</i>	44.a.
<i>Sticticavaria fodicorum vulnerum vn-</i>		<i>Tartari oleum</i>	48.a.
<i>guenta</i>	64.b.	<i>Tartaritinctura</i>	17.b.
<i>Stipticum specificum</i>	51.a.	<i>Tentiginis obscura & prava</i>	53.b.l.25.
<i>Stomachi confortatio</i>	53.a.l.23.	<i>Tentiginis prava cura</i>	100.a.
<i>Stomachi dolorum cura</i>	99.a.	<i>Temperatura corporis humani armoni-</i>	
<i>Stupefactionis cura</i>	85.b.	<i>ca</i>	26.b.l.18.
<i>Stupefactionis membrorum cura</i>	99.b.	<i>Testudinis cura</i>	101.a.
<i>Strumarum cura</i>	ibid.b.	<i>Theriaca metallorum</i>	55.a.l.22.
<i>Subtilitatis elixir</i>	40.b.	<i>Tinctura corallorum</i>	22.a.
<i>Suffocationis matricis</i>	86.b.	<i>Tinea cura</i>	101.a.
<i>Suillarum cura</i>	98.a.	<i>Tinea cura</i>	108.a.l.11.
		<i>Tinctura antimoniij</i>	21.a.
			<i>Tinctura</i>

I N D E X.

Tinctura salis	22.b.	Vita iusticia quid	15.b.l.2.
Tumorum cura	46.a.l.6.	Vita longa productiuum	58.a.
Tremorum cordis cura	91.a.	Vita naturalis vbi	11.a.l.15.
Tremoris cordis cura	92.a.	Vita naturalis in homine	1.b.
V.		Vita omnium elementorum	1.a.
V aricum cura	101.a.	Vita rerum in specie quid	ibid.
Vegetabilium liquores	16.b.	Vita rerum in genere quid	ibid.a.
Venenum pellens remedium	57.b.	Vita subiectum quid	ibid.a.
Venerae ablutiones	57.a.l.22.	Vita vinculum	10.b.l.22.
Veneri bubonis cura	72.a.	Vitiorum externorum cura	44.b.l.18.
Veneri morbi cura	25.b.l.15.	Vitrioli essentia dulcedo balsamus & mu-	
Veneri morbi cura	46.b.l.8.	mia	32.a.
Veneri morbi ex caduco	88.a.	Vitrioli essentia specificata	31.b.
Venerae scabiei cura	95.a.	Vitriolum liquefactum quid	38.a.
Venerorum vlcerum cura	62.b.l.9.	Vitrioli oleum	47.a.
Venter rerum quid	10.b.l.7.	Vitri oleum	47.b.
Vermium in corpore	101.b.	Vitrioli oleum colcotharinum	ibid.b.
Vertiginis cura	17.a.l.14.	Vitrioli oleum solificatum	47.b.l.3.
Verrucarum cura	44.a.l.4.	Vitrioli spiritus	42.b.
Verrucarum cura	77.b.	Vitrioli summa preparatio	58.b.
Vinum alcalisatum	57.b.	Vitrioli tinctura	17.a.
Vini magisterium	42.a.	Vlcerum à radice cura	62.b.l.6.
Vini spiritus	42.b.	Vlcerum remedia	61.b.
Vini spiritus vegetabilis	43.a.	Vlcerum cura	44.a.l.4.
Vir aureus vel argenteus	11.a.l.4.	Vlcerum quorumuis cura horis 24. perfe-	
Virtus omnis vna	27.a.l.12.	cta	34.a.l.27.
Virtus & vita in quo consistunt	ibid.1.a.	Vlcerum cura	46.b.l.20.
Visus hebetationis cura	71.b.	Vlcerum genus omne fluidorum, humi-	
Vita hominis duplex	15.a.l.10.	dorum & flaccidorum cura	33.a.l.8.
Vita ad vitæ conseruationem	2.a.	Vlcerum cauernosorum cura	62.a.
Vita baculi virtus vnde	15.a.l.23.	Vlcerum cauorum, & depascentium cu-	
Vita conseruatio	11.a.	ra	33.a.l.13.
Vita longa conseruatio	53.b.	Vlcerum depascentium cura ignis q̄ per-	
Vita longa conseruatiuum	58.a.	fici	32.b.l.14.22.
Vita definitio	10.b.l.21.	Vlcerum depascentium cura	62.a.
		Vlcerum	

I N D E X.

<i>Vlcerum foetidorum cura</i>	104. a. 62. b.	<i>Vnguentum vulnerarium Paracelsi ibid.</i>	
<i>Vlcerum fistulosorum ex venereo morbo cura</i>	32. a. l. 15.	<i>Vnguenta siue ultramarinis veterum vnguenta pudefacientia</i>	à 63. vsq ³ ad fol. 64. a.
<i>Vlcerum hydropicorum cura</i>	95. b. l. 4.	<i>Vnionum liquor</i>	16. b.
<i>Vlcerum malignorum cura</i>	25. b. l. 15.	<i>Vnionum magisterium</i>	41. b.
<i>Vlcerum manantium cura</i>	44. b. l. 24.	<i>Vnitas denaria chimica</i>	20. b. l. 2.
<i>Vlcerum omnium cura</i>	46. a. l. 23.	<i>Vulneraria blalsamelea quatuor</i>	67. a.
<i>Vlcerum putridorum manantium & infectorum cura</i>	33. b. l. 21.	<i>Vulnerum cura brevis</i>	52. a. l. 26.
<i>Vlcerum cura, praesertim eorum quae ex Venere habent</i>	44. a. l. 19.	<i>Vulnerum cura magnetica</i>	111. a.
<i>Vlcerosorum cura</i>	54. a. l. 10. & 13.	<i>Vulnerum cura</i>	45. b. l. 14.
<i>Vlcerum varia cura</i>	à fol. 102. vsque ad fol. 119.	<i>Vulnerum & vlcerum cura horis</i>	24. fol. 45. b. l. 2.
<i>Vlcerum & vulnerum curatu difficilium ut in vesica & faucibus cura</i>	32. b. l. 7.	<i>Vulnerum cura</i>	46. b. l. 26.
<i>Vnde artes pendeant</i>	15. a. l. 6.	<i>Vulnerum cura</i>	48. a. l. 12.
<i>Vndimia cura</i>	109. b.	<i>Vulnerum cura</i>	48. a. l. 21.
<i>Vnguenta vulnerum</i>	63. a.	<i>Vulnerum varia cura, à fol. 110. b. vsq³ ad fol. 113. a.</i>	
<i>Vnguenta vulneraria</i>	5. 110. a.	<i>Vulnerum praesentanea cura</i>	52. b. l. 7.
		<i>Vulnerarij pulueres</i>	112. b. 113. a.

F I N I S.

IMPRESSVM FRANCOFORTI AD MOENVVM,
per Ioannem Spies, Impensis Sigismundi
Feyerabendt.

ANNO M. D. LXXXI.


43090

5

IMPRIMATUR

per locum tenentem

ANNUS M. D. LXXII



BIBLIOTECA